





1
6
537










A

MEYSS





D. D. R. C. F.

LAZARI MEYSSONNERII MATISCONENSIS

DOCTORIS PHILOSOPHI, MEDICI FAC. MONSP. PRACTICI LVGDVNENSIS

PENTAGONVM PHILOSOPH.-MEDICVM.

SIVE

ARS NOVA REMINISCENTIÆ.

Cum Institutionibus Philosophiæ Naturalis, & Medicinæ sublimioris & secretioris, Theoricæ, Practicæ; Et CLAVE hactenus desiderata omnium ARCANORVM naturalium Macrocosmi & Microcosmi traditorum, vel scriptorum.

A Priscis Sapientibus Philosophis, Medicis, Mathematicis, Hebræis, Chaldæis, Græcis, Latinis, Arabibus, Cabalistis, Hermeticis, Platonicis, Peripateticis, & Neotericis selectioribus, in hanc diem,

OPVS NOVVM,

Ad discendam, docendam, & feliciter faciendam Medicinam omninò necessarium, Philosoph. studiosis, & quibuslib. vitam *longam, sanámq;* sitientibus vtilissimum.





LVGDVNI,
Sumptib. IACOBI & PETRI PROST, fratr.
M. DC. XXXIX.



ILLVSTRISSIMO,

SAPIENTISSIMOQVE DOMINO,

D. D.

DE BVLION,

TORQVATO

VTRIVSQVE MILITIÆ

EQVITI,

ET AB VTROQVE CONSILIO REGIS

CHRISTIANISSIMI,

SVPREMO ÆRARII GALLICI PRÆFECTO.

DVM omnes summam Tuam in Gallicarum opum Administratione Prudentiam CHRISTIANISSIMI REGIS nostri mandatis, & Diuinis Eminentißimi Cardinalis RICHELII Consiliis obsecundantem, admirantur,

& laudant: Ego (quod Medicorum eſt) impenſiùs incolumitati mortalium intentus, vt meis defungerer partibus non ingratum tibi futurum existimaui, ſi quod communi generis humani beneficio comparaſſem in te vnum priuatim conferre cogitarem. Et homo Æduus Virum eodem cœlo ſuſceptum patriâ curâ, & ſalutaribus (quod aiunt) Deorum manibus orbi Gallico conſeruare conarer. Eóque magis quod magna illa τ̃ πατρίδος δύναμις in te potentiſsimè vigeat, cuius Nomen inclytum longa Nobiliſsimorum Maiorum ſeries, ita publicis Prouinciæ tabulis, & Vrbis noſtræ Annalibus inſeruit, vt nec refigi poſsit, nec obliterari. Memini enim ex Auitæ Bibliothecæ ruderibus, mihi olim viſum M. S. codicem, accuratiſsimi illius Matiſconenſium Hiſtoriographi Fuſtalerij affinis quondam mei, qui Antiquiſsimæ Veſtræ Familiæ Nomen in illis Burgundionum finibus cum Berardo Epiſcopo, Ludouici VII. temporibus agnoſcebat. Et niſi ſæculorum inuidia, bellicis tumultibus, & incendiorum conſumptionibus Ciuitatis antiquæ Chronologiam mancam, & mutilam plurimis locis reliquiſſet, præclara Gentis BVLIONVM facinora, à percelebri quæ illo æuo contigit expeditione Hieroſolymitana, huius ſcriptoris beneficio in hoc vſque tempus innotuiſſent; ſed nec illud omnibus Principibus conceſſum, nec id Tua poſtulat ad Veſtræ Proſapiæ

piæ ſplendorem Dignitas, quâ non Vrbi, ſed Orbi Galliarum conſpiciendus, finitimis ſuſpiciendus emines, ac omnibus longiſsimis, feliciſsimiſque vitæ ſæculis, (ſi ſors humana-mortalis pateretur) deuouendus. Quid enim ſublimius inter publica munia, quam Suprema Ærarij, Regni Chriſtianorum maximi Præfectura, in quâ gerendâ tanta non modò probitatis Tibi gentilitiæ teſtimonia prodidiſti, ſed etiam ingenij, vt omnem ſagacitatis vim ſuperaſſe, & ſummum integritatis gradum tuâ curâ attigiſſe videaris. Quis enim in hâc temporum Anguſtiâ, poſt tot bella ciuilia, tot ſumptus militares, quibus exercitus copioſi iam poſt tot annos in exteris Regionibus ſeruati ſunt, & quorum beneficio LODOICO IVSTO Duce, tot victoriis; pax & libertas Galliæ, ſuppetiæ fœderatis datæ ſunt, Hoſtes Regni fuſi, fugatique? Quis, inquam, crediderit hoc Gallicarum opum vi factum, niſi plus quàm Oeconomicam ſibi fingat earum administrationem; aut niſi credere malit, Regnum bellis vexatum, & depauperatum, omnes Europæ diuitias, in ſummâ paupertate exeruiſſe, vt reliquas in eâ Gentes ſuæ ditioni ſubmitteret? Sed hoc credant qui nondum ære lauantur pueri. Nos cum melioris notæ Hominibus, tantam induſtriam miraculo proximam agnoſcimus, & vitam, & diuturnam ſanitatem huius authori mille votis optamus: Huc Penta-

gonum istud salutiferum , quod tibi nunc offero, SAPIENTISSIME REGIS NOSTRI ΒΟΥΛΗ-ΩΝ, *Cuius Doctrina firmißimis demonstrationibus, & experimentis stabilita, Nouum & hactenus expectatum Medicinæ lumen afferet, & Naturali Philosophiæ, quæ eius est* προοίμιον, *vt inposterum Rationes facillimæ curandorum Affectuum omnium, quos vulgus credit incurabiles absque Empiricorum auxiliis elucescant, & Occultarum qualitatum dicterium obsolescat, veris causis naturalibus patefactis, & Vitæ producendæ modus è fabulis excedat. Hâc enim simplici, solâque cognitione Philosophis, Medicisque dignißimâ post omnia præcepta Veterum, absolutißimâ, cognitu facillimâ, non solùm Febres, quas vulgò longas appellamus, vt Quartanam; aut lethales, vt quæ maligna nominatur breui; nullóque ferè negotio, sed Apoplexiam, Paralysim, Epilepsiam, Hydropem, Calculum, Fistulas, aliaque insanabilia corporis mala percuraui: Nomina locorum, & personarum etiam hodie superstitum, & notarum publica beneficio preli Typographici feci. Et viuunt adhuc in extremo senio constituti; Qui iam à sexennio libitinæ iure Silicerniorum deuoti, sepulchrum post vltimum Climactericum, & Enneaticum superarunt. Hanc si in clientelam Tuam assumere digneris, vix erit quod sperare*

rare præterea valeam, cùm hoc patrocinio id honoris consequi poßim, quod Nobilißimi Maiores Tui Auo meo non denegarunt, vt is sim videlicet, qui BVLIONVM familiæ antiquißimæ addictißimus ILLVSTRISSIMI TVI NOMINIS, habear,

Cliens deuotiſſimus,

L. MEYSSONNIER, D. M.

MEDICINÆ STVDIOSIS S.

NON est quod longiori Præfatione, Philiatri Amicißimi, vos detineam. Habetis hic omnia Philosophiæ Naturalis, & Medicinæ præcepta, facili methodo digesta, certis experimentis, veris demonstrationibus explicata; Multiplicitate diuisionum non vexabitur vestra memoria, cùm solo Quinario maiores, minorésque partes Operis coërceantur. Si Vniuersalis Pentagoni methodum quis sequi velit, decem mensibus egregiè nauatâ operâ Theoricæ Medicinæ, & Philosophiæ Φυσικῆς plus assequetur, quàm vulgari studendi ratione triginta, ne plures adiiciam. Si secundùm capita Particularis, quæ ex Practicorum Authorũ lectione colliget in singulorum Affectuum consideratione, & secundùm leges eorum meditari assuescat, non solùm maximo memoriæ leuamine, sed temporis, & lectionis compendio, in tam familiarem Praxeos Diagnosticæ, & Therapeuticæ cognitionem deueniet, vt seniorum, & exercitatißimorum Practicorum paucißimis annis, ῥαστώνην, ϗ ἀκρίβειαν, multo vsu comparatam, dicendo, præscribendo, & feliciter curando, si non superet, æquet saltem. Nam solo Rationis ductu, per Reminiscentiam, in occultißimorum quorumque cognitionem perueniet, miro ordine disposita concipiet, in Consultationibus sine labore exponet; si docendum, aut dicendum amplificatione tantâ, quantâ cupiet enarrabit: Et statim à primo meditationis inceptæ mense, mirabilem huius laboris, primò certè, (vt sunt omnia) asperi, percipiet vtilitatem. Apertas videbit Naturæ portas; & paucorum Authorum, qui in Vniuersali Pentagono citati sunt, & in quinto circulo Particularis, sine numerosiore Bibliothecâ, cuncta quæ ad Metaphysicas, & Physicas hypotheses; Medicas, & Mathematicas obseruationes necessarias ad λογισμὸν ἀναμνηστικὸν erunt necessaria, (dum aliquando si DEVS voluerit, nostra in hocce Pentagonum vtrumque Commentaria pro omnibus fuerint,) obtinebit. Hanc igitur ARTEM verè BREVEM, semper autem LONGAM, dum multa sunt adhuc inuenienda, & dum methodo carentes labyrinthea studia, cum momentaneâ vitâ comparamus, amplectimini: Et Veritatis Authori DEO אלהים, qui IESVS, & ΣΩΤΗΡ noster est, gratias mecum agite pro tanto, tamdiuque desiderato, à Mortalibus beneficio.

ἀναγραφθεὶς.

IN ROZA LAVRVS EN MESSIS.

INDEX

INDEX
PRÆCIPVORVM CAPITVM VTRIVSQVE PENTAGONI.

PENTAGONVM VNIVERSALE.

PRæMESSVM HISTORICVM, siue somnium, in quo visum Pentagonum. DISCEPTATIO PHILOSOPHICA, de Pentagoni, & Quinarij mysticis significationibus. PENTAGONI Vniuersalis delineatio.

I. RADIVS.

ARCHETYPVS. Numerationes Diuinæ. Diuina Nomina. Attributa Diuina. Hierarchia Celestis. Theologia è naturalibus.

II. RADIVS.

FIRMAMENTVM. Stellarum fixarum vires, motus, colores, dispositiones, magnitudines. Scriptura Angelorum. Signa cœlestia.

III. RADIVS.

PLANETÆ. Astronomicæ obseruationes. Systema Planetarum. Eorum Numerus. Harmonia cùm Elementaribus principiis: Salis, & Lunæ; Olei, & Veneris; Spiritus, & Mercurij, &c. Fontes Astronomiæ, & Astrologiæ.

IV. RADIVS.

ELEMENTA. Principia defluunt à superioribus, Partes Mundi Elementaris triplices. Cõtinentes, Matrices Principiorum. Contentæ, ipsa Principia. Impetum faciens Ignis Naturæ. Compositę Mundi Elementaris partes. Aëreæ simplicibus inhærentes, Perfectè vel imperfectè mixtæ. Aqueæ perfectæ, vel imperfectæ mixtionis. Terreæ eiusdem diuisionis. Impetum facientes Spiritus Astrales. Fontes Philosophiæ Naturalis.

V. RADIVS.

HOMO. Microcosmus. Mysterium Archetypi in Homine.

¶¶ Animæ

PENTAGONVM SPECIALE NOSOLOGICVM.

CAPITVM.

RADIVS V.

MORBI SPECIES. Spirituum vnionis Solutio, Diſſolutio: Spirituum Oppreſſio, Suppreſſio. Partium, Figura, cauitas, meatus, ſuperficies, denſitas, raritas, longitudo, latitudo, numerus, ſitus, conſenſus p. n. conſtituta. Continuitas ſoluta. Subiecta in corpore heterogenea.

CIRCVLVS SECVNDVS.

CAVSA Morboſi Affectus. Vera Morborum, & propria Genera. Subtilis diſceptatio de morbo & causâ morbi.

RADIVS I.

CAVSA SOLVENS Spiritus, aut Partes, Spiritus Mali Dæmones, Spiritus ſulphurei, Nitroſi, Mercuriales impuri. Partes ſoluentia: Ignis externus, Corpora incidentia, pungentia, lacerantia, lūbrici, pediculi, &c. Sal Microcoſmi Cauſticus, Armoniacus, Arſenicalis: aut etiam Elemētaris Macrocoſmicus cauſticus, &c.

RADIVS II.

CAVSA OPPRIMENS, Spiritus, aut Partes. Aër craſſior. Vapor grauior. Sulphur impurum. Fœces Tartareæ, Aqua externa & interna: Sal diſſolutus; Sal in ſpiritum extenſus; vel in Mixtionibus, vt in Pituitâ. Corpora contundentia, comprimentia.

RADIVS III.

CAVSA GENERANS, ſubſtantias excrementitias internas aduerſas Igni Naturæ. Externa. in Elementis, Aëre, Aquæ: Alimentis: Somno: Vigiliâ: Pathematis Animi.

RADIVS IV.

CAVSA MOVENS. Spiritus mali-Dæmones. Imaginatio commota. Spiritus Aſtrales. Spiritus Elementares. Pathemata Animi.

RADIVS V.

CAVSA OBIECTI. Subſtantiæ luminoſæ, ſonoræ, ſapidæ, odoriferæ; Aſperæ, duræ per exceſſum, ita vt non cedant Naturæ ex externis prodeuntes; ex internis prodeuntes. Ex internis; Halitus, vt in vertigine, & ictero.

CIRCVLVS TERTIVS.

LOCVS Morboſi Affectus.

RADIVS I.

PARS SIMILARIS. Quid Pars ſimilaris. Os, Cartilago, Ligamē-

tum, Mēbrana, Fibra, Caro, Cutis, Adeps, Medulla, Vngues, Pili, Humores oculorum, Cuticula.

RADIVS II.

PARS DISSIMILARIS. Venæ, Arteriæ, Nerui, ſunt partes diſſimilares. Circulatio ſanguinis, Vbi, & Quomodo fiat. Partes præcipuæ ante partum. Motus cordis in fœtu. Partes præcipuæ poſt partum; in his qui adoleuerunt. Deferentes à Principibus, ſiue Præcipuis. Glandularum vſus nouâ explicatione deſcriptus. Renum, & glandularum idem vſus in humano corpore. Pulmonis vſus à Neotericis non explicatus. Emunctoria cerebri, Palati, Naturalium Organorum ſecundæ digeſtionis, &c. Canales expurgatorij emunctoriorum. Media ſenſibilium motuum. Motui inſeruientia organa.

RADIVS III.

PARS MORBI. Loca ſpirituum, Conceptiua, Excluſiua, Perfectiua, Diffuſiua: Partes, quæ loca ſunt Morborum ſecundariorum. Loca Morborum Obiecti in Cauitatibus, & Meatibus.

RADIVS IV.

PARS CAVSÆ. Glandulæ, Parenchymata. Vicina, & circumiacentia loca. Incertus locus malignorum Spirituum, & Aſtralium, & commoti extra vaſa Sanguinis.

RADIVS V.

PARS SYMPTOMATIS. Senſuum organa: Emunctoria: Conſentientes Partes Facultatum.

CIRCVLVS QVARTVS.

SIGNA. Morboſi affectus. Signorum vera Natura & Diuiſio.

RADIVS I.

SIGNA MORBI. Symptomatum genera, & ſpecies. Conſideratio exquiſita Simplicium Affectuum. Excrementorum ingenioſa, nec Vulgaris doctrina. Actionum læſarum indagatio.

RADIVS II.

SIGNA CAVSÆ. Argutæ interrogationes Medici. Iuuantia, & nocentia. Conſideratio Elementorum. Aëris, Soli, & Aquæ familiaris. Cœleſtes Aſtrorum configurationes: Generales: Particulares. Senſuum quinque exegeſis. Rerum non naturalium applicatio. Lineæ Chiromanticæ. Næui. Somnia. Motus Humoralis

Sorani

CAPITVM.

Sorani Noua,& neceſſaria expoſitio.Signa Dæmonum corpora infeſtantium.Experimenta mira. Hyperphyſicę inueſtigationes. Exorciſtarum ordo.

RADIVS III.

SIGNA PARTIS affectæ: Actiones læſæ. Excrementa Doloris proprietas, Propria Accidentia.Affectus ſimplices. Conſenſus Partium Harmonicus, Admirandus. Experimenta Chirurgica:Pharmaceutica. Chiromantica Signa,nec vulgaria,nec Superſtitioſa. Diuinationis ex Nominibus vſus in Simeiotice ad Partem affectam inueſtigandam ex Pythagorâ.

RADIVS. IV.

SIGNA EVENTVS.Comparatio virium Naturæ,& Morbi ſiue Spirituum ignis Naturæ:& Spirituum ſoluentium,& opprimentium. Subſtantiarum corporearum:Magnitudo cauſæ Aſtralis: Elementaris: Symptomatum: Species Affectus: Affectæ Partis Dignitas.Inde vires morbi ſignificantur.Aſtrologica ſpeculatio Salutis,& Mortis; ex Eclipſibus; Locis hylegialibus; maleficis, beneficis;Planetis,in Radice,vel Reuolutione Natiuitatis;Locis Lunæ in Zodiaco,ex Arcanis Hippocratis.Quæſtiones Aſtrologicæ:Geomanticæ:Rota Pytagoræ.Sortes Alphabeticæ: Arithmeticæ,Onomatomantia,Indorum regula.Experimenta vrticæ, &c.Obſeruationes Hippocrateæ:Syndrome Signorum.

RADIVS V.

SIGNA TEMPORIS euentus. Dierum Criticorum ratio Aſtrologica, experimentis probata, Galeno, Ferrerio, Fuchſio. Directionum,Reuolutionum, Profectionum, & conſideratio,Tempora Morborum, Directiones Chiromanticæ, Geomanticæ: Oſtenta. Hiſtoriæ memorabiles.Fatales Torres,Statuæ, Naſi,Liquores,Lampades, Cauſæ eorum:Exempla probantia rara.Prodigia.Cometæ, fulmen,&c. Narratio mirabilis.

CIRCVLVS QVINTVS.

INDICATIONES curatiuæ Morboſi affectus.

RADIVS I.

AN SIT AGENDVM. Axiomata huius quæſiti, ex conſideratione ignis Naturæ,ſecundùm mentem Galeni.

INDEX

RADIVS II.

earum effectus Numerorum in curandis affectibus Ratio Elegans: Cur masculi septenarij curent Scrophulas? Numerorum anatome,& præstantia. Hominis potestas in creaturas sublunares. Efficacia Benedictionum,& Maledictionum. Exempla præclara sacra,& prophana. Aëtij incantatio, Galeno probata. Cur agat? Homeri Medica tractatio. Cucurritus Galli terret Leonem naturaliter. Author submittit se humiliter Ecclesiæ. Radiantium syderum vis in homine experimentis probatur luminosa corpora,ex Astris defluentia. Experimenta mira. Vmbrarum vis. Hirci, Sorbi: Tiliæ: Virgæ sanguineæ. Tactus efficacia in Corno: Torpedine. Halitus actio aliorum in alios. Excrementorum vires. Pelluuium Regis Mogor. Doctrina maximi vsus in Praxi Medicâ. Pleuritidis vera causa. Febris quomodo accendatur, Demonstratiua ratio, & Noua. Calculus quomodo generetur per coagulationem. Scorpij venenum quomodo agat,& curetur? Explicatur inauditâ ratione. Historia Arcani ex Copro à Galeno scripta Philosophicè,& ex veris causis explicatur. Cur cranium humanum Epilepticos curet? Menstruus sanguis scabiem volaticam? Curationes Magneticæ Epilepticorum, verrucarum,contusionum & affectuum quorumlibet à Sale, Sulphure & Mercurio. De Naso empto. De Magnetis ad magnetem motu memorabilia, & experta.

RADIVS III.

QVANTVM AGENDVM. Huius doctrinæ necessitas in Diæta, Pharmacia,& Chirurgia. Temporis certa quantitas in vsu Medicamentorum, vt curent. Obseruationes raræ. Definientia Quantitatem IV. Præclara, & notatu dignissima, circa naturas Hominum. Odore catharticorum purgati: Cuiusdam Comitissæ memorabilis Historia. Causæ morborum ratio quomodo habenda, in quantitate Medicamentorum definienda, Hippocratis,Celsi dicta Notatu digna, Partis situs & constitutionem quomodo considerare oporteat. Medicamenti actio cuiuslibet secundùm gradus disposita.

RADIVS IV.

QVOMODO AGENDVM. Consuetudinis vis. Ordo curandi per cathartica cautela circa purgantia violentiora, & Mineralia. Ingeniosa

geniosa Systematis Mixtorum demonstratio ; Temporum anni Ratio: Ætatum: Virium Naturæ. Nouæ in vsu Formularum Medicarum obseruationes. De Causæ morbificæ consideratione. Dissolutionem, & coagulationem iuuantia. Formulæ remediorum singulis partibus curandis conuenientes. Authoris libellus de Vino, & de Curationibus mirabilibus. Delicata Medicina. Catalogus formularum Pharmaceutices Neotericorum.

RADIVS V.

QVANDO AGENDVM. Hebræi Choheleth dictum aureum: & Hippocratis. Epitheton Pindaricum Medici. Fontes huius doctrinæ. Temporum Morborum in Medicinâ Therapeuticâ vsus Morborum per paroxysmos agentium cura vera licèt Paradoxa: Hippocratica in Quartana. Febrium continuarum cura Noua: certa ex Hæmocycliæ corollariis. Hora motus Humoralis. Lunę locus in Zodiaco. Obseruationes Astrologicę perpulchrę. Experimenta Ficini, Amati, Zaëlis, Bonati. Tempus purgationis Mulierum Mēstruæ. Hippocrates Iatromathematicus. Mansiones Lunæ obseruatæ à Riueriano Medico Regio, ad magnas ægritudines feliciter percurandas. Dies ab Angelo Reuelatæ. Dies Ægyptiacæ. Collectio Astrologica Plantarum; probata Galeno, & Æschrioni Empirico: Experimento Pœoniæ confirmata. Authoris Tabula Astrologico-Medica: Gratiarum Actio.

FINIS HVIVS INDICIS.

CATALOGVS

CATALOGVS AVTHORVM, NON SOLVM MEDICORVM, *sed etiam Theologorum, Iurisconsultorum; Philosopho um, Mathematicorum, Historicorum, Oratorum, Poëtarum, & Grammaticorum; quorum* Testimoniis *firmata, aut explicata est doctrina vtriusque* Pentagoni.

A

R. ABRAHAM.
Æschriõ empir.
Aëtius.
Albertus Magnus.
Albumazar.
Alcinous.
Alexander ab Alex.
Amatus Lusitanus.
D. Ambrosius.
Amos.
Anchoranus.
Angelus de Clauas.
Aphrodisæus.
Aristoteles.
Arnaldus Villanou.
D. Augustinus.

B

BAuhinus.
Beda.
Bellonius.
R. Ben Iochay.
Brassauola.
Brosseus.
Boëtius.
Ans. de Bood.
Bonatus.
Burgrawius.

C

CAmpanella.
Cardanus.
Celsus.
Chartanus.
Cicero.
Citesius.
Cocles.
Codronchus.
Columbus.
Copernicus.
Coruus.
Chronicon Britann.

D

DAuid rex.
Del-rio.
Democritns.
B. Dionysius.
Dodoneus.
Duretus Præses.
N. Duretus Astron.

E

EVripides.

F

FAbius Paulinus.
Fernelius.
Ferrerius.
Ficinus.
Flud.
Foësius.
Forestus.
Frambesarius.
Fuchsius.

G

GAffarellus.
Galenus.
Galeotus.
Galilæus.
A. Gellius.
Gemma Fris.
Gesnerus.
Glycas.
Godofredus.
D. Gregorius.
P. Gregorius.
Guido Cauliac.

H

HArtmannus.
Hasffurtus.
Hemmingus.
Hermes.
Heruæus.
D. Hieronymus.
D. Hilarius.
Hipparchus.
Hippocrates.
P. Hispanus.
Histor. Anglic.
Horatius.

I

D. IAcobus Apost.
D. Ioannes Apost.
Ioannes Archipresb.
Iob.
Iobertus.
Iunctinus.
Cod. Iustiniani.

K

KEplerus.

L

LActantius.
Langius.
Lansbergius.
Laurentius.
D. Leo.
Libauius.

¶¶¶ Lullius.

INDEX AVTHORVM.

Ex Epiſtola R. THOM. CAMPANELLÆ, Lutetiæ ſcripta, anno 1638. ad L. MEYSSONNERIVM D. M.

IAM conſidero Ingenium & diligentius, & natum ad egregia feliciter. Aliud non addo tædio ſtudendi affectus & ſenio, cùm erimus ſimul, ſi quid valeo ad promouenda ſtudia, vt meus eſt mos, tibi non ingrata communicabo. Delector ſupra modum cùm Ingenia non Vulgaria in beneficium Orbis ſurgere nutu Dei comperio. Vale. T. C.

Extraict d'vne lettre du R. P. MERSENNE Minime, du 15. Mars 1639. à Monſieur MEYSSONNIER D. Medecin, à Lyon.

SI vous n'auiez vn Eſprit fecond au delà de l'ordinaire, ie ne voy pas comme quoy vous peuſſiez enfanter de ſi beaux Ouurages parmi le tracas de la Prattique, qui vous oblige iour & nuict à vôtre charge: Mais puis qu'ils viennent pluſtot par la bonté de vôtre Eſprit que par vn long trauail, que vous ne pouuez pas faire à cauſe de tant d'occupations, aſſeurez vous que nous les receuons comme des enfans du Ciel, &c.

In Pentagonum Medicum D. MEYSSONNERII, Viri doctiſſimi, Philoſophi-Medici Lugdunenſis Clariſſimi.

HIC tibi quinque fluit, Lector, PISCINA PROBATA
Porticibus, miris vſque ſalubris aquis.
Quas cæleſte mouet Sidus, certâſque medendi
Inſpirat vires, tempora & apta notat.
Néve Hominem demùm quiſquam cauſetur abeſſe,
Hîc SANATOREM *quilibet Æger habe.*

FRANC. DE BARANCY.

In Artem Reminiſcentiæ V. C. L. D. LAZARI MEYSSONNIER, EPIGRAMMA.

QVI meminiſſe docet Liber, hicquoque ſcire docebit
Ignoras quicquid non meminiſſe potes.
Diſce ſine Inuidiâ breuiter, quod longa vetuſtas
Neſciat ætatem perdocuiſſe breuem.

ANDREAS GRATIER, Matiſconenſ. I. V. D.

In Artem PENTAGONI D. LAZARI MEYSSONNERII Lugdunensis Medici Percelebris,

Παράγγραμμα.

Qvicquid Arabs Medicis scripsit, Κῶς, atque Latinus
LAZARVS id paruo contrahit iste Libro.
Hippocrates Græcis; Pœnis Auicenna; Latinis
Celsus; at Hic Gallis pro tribus vnus erit.

IACOBVS PELERIN Reginæ Consiliarius, & Medicus Matiscon. Practicus.

De PENTAGONO Philosophico-Medico D. MEYSSONNERI Medici Celeberrimi

Επίγραμμα AD LECTOREM.

Aspice mirando vastum mare carcere vinctum,
Scilicet in paruo magna coacta Libro:
Quæ meliora suis Natura coërcet habenis;
Et quæ secreto continet illa sinu.
Author præclaro, præclarus, lumine fulget
Emicat & clarâ clarus in Arte Liber.

FISICAT Philosophiæ & Medicinæ Doct.

P. D. B.
Equitis Delphinatis Viennæi in LAZARI MEYSSONNERI Pentagonum


EPIGRAMMA.

Dvm tua pellendis scribit manus inclyta morbis
Dogmata perpetuam promeritura fidem:
Dum Noua Quintuplicis referas Arcana figuræ:
Dum trahis in sensus mystica verba suos:
Abdita dum variis spondes miracula rebus
Naturâ solitas exuperante vices.
Tu tibi sis ratio: tua nos doctrina legentes
Mirum aliquid menti suadet inesse tua.

PENTA



PENTAGONVM MEDICVM PHILOSOPHICVM.



NNVS erat Epochæ Christianæ quintus, & tricesimus post millesimum, & sexcentesimum: Solis splendor collucescente Basilisco viuacior, & ter circa caput meum Iouis illustre sydus in eodem cœli puncto reuolutum, mirabilis concentus harmoniâ spiritus meos excitabant: illi depuratiores animo meo Philosophiæ Sympatheticis illicibus incumbenti, miris modis inseruiebant. Occurrebat tunc fortè lectio dialogi Menonis Platonici, cum Socrate περὶ ἀρετῆς colloquentis, & eximium illud περὶ ἀναμνήσεως ἐπεισόδιον: quod sæpissime relectum mentem meam ineffabili voluptate capiebat, quæ multiplici meditatione πράξιν in re tam pulchrâ quæritabat: Videbam enim Socraticas periti hominis interrogationes ex ignaro pusionis ingenio Mathematicam cognitionem prius, & prorsus ignoratam, tanquam iampridem inditam elicuisse, quam PRÆMESSVM HISTORICVM.

Plato in Menon.

animo quaſi infuſam exprimebat neceſſitate Rationis ſine Doctore deducente. Quamobrem cum Socrate concludens, quòd τῷ οὐκ εἰδότι περὶ ὧν ἂν μὴ εἰδῇ ἔνεισιν ἀληθεῖς δόξαι, περὶ τούτων ὧν οὐκ οἶδε, & quòd eas ὥσπερ ὄναρ, οὐδενὸς διδάξαντος, ἀλλ' ἐρωτήσαντος ἀνακεκίνιν),tum quod vniuerſa Natura ſit συγγενὴς,tum etiam quòd Anima noſtra ſit immortalis vt explicat Alcinoüs,ex paucis indiuiduis cōmunia ipſa percipiens μαθημάτων ἁπάντων ſemina in ſe continens,quæ vnuſquiſque poterit excitare ſi modo ἀνδρεῖος ᾖ, καὶ μὴ ἀποκάμη ζήτων. Cogitare cœpi, in arte meâ quibus interrogationibus poſſet exſuſcitari in ignaro,qui ſolius eſſet rationis capax, & magnâ animi contentione ſcopum hunc cognoſcendi,conaretur attingere: Videbam enim præclaram hanc inueſtigandi rationem poſſe, non ſolum ad diſcendam,& docendam,hãc artem, iam à multis licet, & variâ methodo pertractatam multum conferre, ſed etiam ad cognitionem quotidianam multorum abditorum,quæ non ſolum in peculiaribus indiuiduis, ſed etiam morborum generibus accidunt,vt ſecuriorem,acutiorẽ, & capaciorem haberemus Νοσολογίαν, quam Noui morbi,cõtractiorem eſſe,per diuerſas contentiones Neotericorum circa Morbi diuiſionem demonſtrant;quemadmodum & Methodi medendi laceram,diſtractamque, nec à quoquam plenius traditâm,cognitionem propter differentes, & quodammodo oppoſitas Philoſophorum ſententias circa naturam, & Principia ſubſtantiarum mundi elementaris corporalium, &

lib. de Doctrina Platon. cap. 25.

Medicorum

Medicorum circa virium alimentorum,& medicamentorum origines,& legitimam adminiſtrationẽ eorum ſecundũ conditiones Medicinæ Rationalis.

His implicitus curis, vt inuenirem in animâ meâ ſemina diſciplinæ Noſognomices,& Noſiatriæ,quę eius finis eſt practicis, & ex iis exſuſcitatis, euoluerem interiora quæque & occultiora, vnde mihi, cæteriſque hominibus, hoc animo erga corporis humani, viuentis conſeruationem affectis facillima diſcendi, docendi, faciendique, medicinam ratio poſſet innoteſcere: Reiectis elegantioris,& inutilioris verborum lenocinij suadelis, & tricis argumentorum ſcholaſticorum, circa voces,& verba totus in rebus eſſe ſtudui meditationem profundiorem inſtituens non ἔριδος ſed ἀληθείας χάριν. Itaque de totâ re multum ſollicitus poſt vigiliam in multam noctem productam, DEO prius inuocato, ſomno me tradidi. In hac naturali quiete, cogitauerim, viderim, aut sõniauerim neſcio: Quidquid ſit ASTRVM lucidiſſimum, & maximum conſpexiſſe credidi, PENTAGONVM, quemadmodum fingere ſolẽt pictores, è cuius quinque radiis, quinque, ſplendidiori lumine coruſcabant Hebraicæ litteræ א.ה.ל.פ.ר. ſereno Cœlo, inter reliquas minores ſtellas, quas ex ipſo cubili, remoto (vt erat mihi in vſu) periſtromate, mediis cancellis vitreis nitidiſſimis videre conſueueram; Sed dum in admirationem attentiùs rapior, rei nouæ nec mihi ſatis cognitæ, altior me sõnus abſtulit, aut ſaltem memoriam reliqui ſomnij: nam experrectus, dum in apertiſſimas feneſtras So-

lis iubar ſe diffunderet, me Stellam tantum vidiſſe memini magnam, & angulis, quinque donatam, ac Hebraicas quinque litteras quas ab ה. ad ב. per א. vt moris eſt Hebræis, non intelligens numerabam: ſic enim erant diſpoſitæ, vt mihi viſum eſt.



DISCEPTATIO PHILOSOPHICA.

Cogitans igitur quid hoc eſſet, & repetens heſternam meditationem, ignorabam an hoc prodiret ex reuolutâ in phantaſiam illarum ſpecierum memoriâ, iuxta tritum illud:

Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno,
Corpore ſopito, reddit amica quies.

verùm cũ de ſtellis nec de litteris Hebraicis quicquam propoſuiſſem, ſolùm ego cœlum, alias, ſed non illâ nocte præcedente, luſtrare ſolerem; accuratius rem totam expendendam duxi memor Hippocratici effati (lib. de inſomn.) τῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν ὅστις ὀρθῶς γινώσκει, μεγάλην ἔχοντα δύναμιν εὑρίσκει πρὸς ἅπαντα: ὁκόταν γὰρ τὸ σῶμα ἡσυχάσῃ ἡ ψυχὴ κινευμένη καὶ ἐπεξέρπουσα τὰ μέρεα τοῦ σώματος διοικεῖ τὴν ἑαυτῆς οἶκον, καὶ τὰς τοῦ σώματος πρήξιας ἁπάσας αὐτὴ διαπρήσσεται. Quare calamo arrepto ne quid rerum à me viſarum obliuioni traderetur, Pentagonum cum ſuis litteris, vt ſupra delineaui, relinquens conſide-

rationes

rationes corporis affectionũ quas, vt idem ait Hippocrates ἡ ψυχὴ προσημαίνει, dum somniamus, non dubitans cum eo οὐρανὸν καὶ ἀστέρας καθαρὰ καὶ εὐαγέα κατὰ τρόπον ὁρώμενα εἶναι ἀγαθά; & memor doctrinæ D. Augustini, quæ docet esse genus quoddam visionis secundum mentis intuitum, quo intellecto conspiciuntur Veritas, & Sapientia: & Numerorum in somniis, etiam sacris, rationẽ fuisse consideratam de QVINARI numeri significatione quæsiui multa à prudẽtioribus & sagacioribus Philosophis. Et cum Macrobius vir consularis admonuisset me, illam quinario numero proprietatem vltra cæteras eminentes euenire, vt solus omnia quę videntur esse complectatur, maximam spem concepi de tam mystica Medicinæ Claue reperta; cum & Vniuersi cognitione opus habeat, Medicus, vt nihil omittat, quod destructionem Corporis humani Viuẽtis, & conseruationem eius impedire pote sit, Sed quod prorsus mihi cõfirmauit in Pentagono, fontes Medicinæ quærendos, desumptum est ex gestis Antiochi, Regis Syriæ, qui felici omine Σωτὴρ est appellatus: ferunt enim, cùm apud Galatas decertaturus esset, per nocturnam maginem visum sibi adstitisse Alexandrum, qui mandaret, vt militibus tesseram daret ὑγιαίνειν, Pentagrammatoque in vexillis imposito, tum & singulis, & reliquis militaribus vestimentis assuto audacter dimicaret, quo facto admirabilem, à Galatis victoriam consecutum; imo & Pierius Valer. addidit in Hieroglyphicis, posse nos in veræ salutis significatum accipere

Contra Adamantium cap. 28.

in somn. Scip. cap. 6.

Lib. 47. cap. 31.

quinque CHRISTI vulnera ex quibus πεντάλφα componitur exactissimum, si lineæ duæ ducantur à pectoris Vulnere singulæ ad alterutrum pedem, Deinde reflexæ, ad singulas manus extẽsas, vt etiam pedes; linea enim quæ recta, ab vno manus vulnere ad alterum deducetur, pentagonum hoc perficiet, quod nobis esse potest signum salutiferum: nam per CHRISTI passionem, liberati sumus à morte æternâ, & Salus nobis parta est. Neque meditationem meam fugit nomen Salutiferum Latinis esse pentagrammaton, cùm scribimus IESVS, & Græcis si diphongus (quod est verissimile) sit tantum pro vnica littera, sic IHΣȣΣ, vt etiã ΣΩΤΗΡ explicans illud, sicut est in Acrosticho græco Oralorum Sybillinorum de quo loquutus est, (vt quidam scribunt) M. T. Cicero: Imo & Hebræis יהושע (Iesum interpretatur vulgata versio, & exponitur SALVATOR,) est etiam pentagrammon. Quare hæc non sine admiratione considerans, coniectari cœpi, cum tam harmonicè in tam Salutifero nomine concineret. Quinarius, non parum posse significari salutem per eum, cùm & Hebraicè, & Latinè, singularis eius etiam dictionis Nominatiuus sit quinario characterum numero delineatus, & in animis & in corporibus, cum etiam inter Theologos scripserit Florimundus de Remundis de significationibus numeri octaui, & sexti, ac eius qui ex eo componitur 666. Ego vt tandem deueniam ad vltimum argumentum, quod in Pentagono viso, quærenda Medicinæ Semina ἀναμνηστικὰ me admonuit, dicam lit-

Epist. ad Coloss. cap. 1.

V. Authorem libelli de vet. ling. græc. pronunt. in versus Terentij Mauri.

V. Oracul. Sybil. lib 8. & comment. S. Castal.

Lib. 2. de Diuina.

Zachar. cap. 3. v. 1.

Liu. de l'Antechr gallice Scripto.

terarum

terarum ordinem vt prius propoſui digeſtum omninò me induxiſſe vt id crederem: conflatam enim hanc Elementorum Hebraicorum ſeriem exiſtimaui ex duabus eiuſdem linguæ vocibus רפא curauit, ſanauit: & אל DEVS ex quibus compoſitum eſt etiam nomen Angeli, qui indicauit, remedium Tobiæ, quo curarentur Pater, & Vxor eius ſublato Tob. cap. 5. 6. 8.
ה quæ tamen littera in plurimis dictionibus redundat licitè Hebræis, in Sacris vt Ieho. 24. Et Ieſa. 28. 12. Obſeruat. in ling. Hebr. 22.
quemadmodum notat Sanctes Pagninus; Hîc itaque per pleonaſmum ſignificare poteſt, ſine figurâ verò, etiam remanente ה. ſignificabit imperatiuè רפה, quemadmodum legitur Pſ. 60. Hebr. v. 3. vt interpretari potuerim. SANA DEVS. Siue igitur hoc, Homil. 14 cap. 25.
ſignificet ſiue, ſit SANANS DEVS ſiue RAPHAEL Angelus qui ſcribente Origene Medicinæ præeſt, exiſtimaui verè hoc ad Medicinam pertinere quæ Eccl. 38.
primùm eſt à DEO à quo incipit vt patet ex Scripturis. Loco citato in ſomn. Scip.

Idcirco reiectâ omni morâ cum Macrobio Quinarium (qui mihi nunc meditationis norma factus eſt in Medicina) conſiderans, ſupera & ſubiecta deſignare, in his omnibus eſſe ſemina illa tantopere deſiderata mihi perſuaſi, ſi modo Quinario diſponerentur vt ſic primus radius contineret ea quæ ad cognoſcendum ARCHETYPVM pertinent, ſecundus FIRMAMENTVM, tertius PLANETAS, quartus Mundum Elementarem ſiue ELEMENTA & quæ in iis continentur, quintus & vltimus HOMINEM qui Microcoſmus eſt vt poſtea dicetur. Nam in his PENTAGONVM VNIVERSALE.

Vniuerſa

Vniuerſa Philoſophiæ & Medicinæ doctrina continetur, quæ poterit facile per reminiſcentiam explicari, ſi modo concedantur Hypoteſes FIDEI & SENSVVM, quas nullus Chriſtianus reiicere debet, cum *Credere* teneatur ſi talis ſit: Nullus etiam Homo negare, quòd *ſenſu* & *ratione* præditus ſit. Cum enim omnes diſciplinæ ex præexiſtenti cognitione gignantur, aſſumenda ſunt quædam, ex quibus receptis concluſiones demonſtrentur: ſic nec ipſi Geometræ demõſtrare poſſent ſua Problemata & Theoremata niſi Poſtulata concederentur quæ Euclides αἰτήματα nominat, & axiomata quæ ab eo κοιναὶ ἔννοιαι dicuntur, definitionibus rerum cognitis.

in lib. Element.

I. RADIVS PENT. VNIV. ARCHETYPVS. Hebr. אלהים

His igitur aſſumptis ab ARCHETYPI cognitione incipiam, Nam docet FIDES quid ſit DEVS, quęnam ſint eius *Nomina*, quæ שמות Hebræis dicuntur, quæ *Attributa* eius, quæ deſcriptis ab iis ספרות deſignantur, copioſè ab ipſis Scripturis, SS. Patribus, & Theologis, exponuntur Medico; vt intelligat primum expectandam ſalutem à DEO, deinde à Naturalibus, ipſo permittente; ne ſicut Aſa qui cõfidebat in ſolo Medico æger pereat, ſed cõualeſcat, ſicut Ezechias qui ad DEVM confugiens, poſtea eius mãdato, per remedium naturale ab Eſaia curatus fuit. Vnde in Eccleſia Chriſtiana præceptum hoc, eſt Apoſtolicum. ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν προσκαλεσάτω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ ΚΥΡΙΟΥ, καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ ΚΥΡΙΟΣ. Et Scholaſtici Theolo-

3. Reg. 15.

4. Reg. 20.

Epiſt. D. Iacob. cap. 5. verſ. 14.

giæ

giæ DD. ſunt in eâ ſententiâ, vt apparet ex allatis ab Angelo de Clauaſio contra Medicos, qui non admonent infirmos, vt de pœnitentiâ cogitent: Medicus igitur debet primûm cognoſcere DEVM, eius *Nomina*, & *Attributa*: item quibus vtatur *Miniſtris*? quomodo circumſtent Archetypum *Seraphim*, *Cherubim*, *Throni*, *Dominationes*, *Virtutes*, *Poteſtates*, *Principatus*, *Archangeli*, *Angeli*, imo ipſæ *Beatorum Animæ*? Hæc docent ex Scripturâ Theologi, & de Cœleſti Hierarchiâ copiosè ſcripſit D. Dionyſius Areopagita, qui Gallorum Apoſtolus dicitur. Sic prima pars veræ Medicinæ, & Philoſophiæ ſublimioris eſt THEOLOGIA, per quam venit Medicus in cognitionem PRIMI RADII Pentagoni VNIVERSALIS qui eſt de *Cognitione Archetypi*, vt enim agnoſcit Pſaltes: *principium Sapientiæ eſt timor* יהוה. Hunc ex *Fide* obtinemus per quam DEVM cognoſcimus propriè, & primariô: ex *ſenſibilibus* enim ſecundariô & non propriè DEVM cognoſcimus, iuxta illud Apoſtolicum *τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κλίσεως κόσμου τοῖς ποήμασι νοούμενα καθορᾶται.*

In Summa Angelica in voc. Medicus quæſt. 8.

V. libri eius Præcip. cap. 7. 8 9. de Cœleſti Hier.

Pſal. 111. verſ. 10.

Epiſt. ad Rom. 1. verſ. 20.

Alter vero *Radius* Vniuerſalis Cognitionis Medicæ Anamneſticæ, SENSVVM Hypotheſibus opus habet; neque enim ſine viſu, potuit vllus primùm varios colores, vel diſpoſitiones Stellarum fixarum aut ſaltem ſine auditu cœcus vllus percipere, vt tandem vires obſeruaret earum. Sed his duobus ſenſibus, cognitis iis quæ veteres obſeruarunt circa varios in variis temporibus effectus, & varias diſpoſitiones, quis non poterit non intelligere rationes motuum?

II. RADIVS PENT. VNIV.

FIRMAMENTVM. Hebr. מזרות ſiue *ſigna* Pentagrammon, vt reliqua Hebraica omnia pluralia N.B.

motuum? ac conſideratis earum *coloribus*, *magnitudinibus*, *luminibus*, peritis de iis interrogationibus, κατ' ἀνάμνησιν factis in contemplationem *virtutum* trãſcendere. Hoc ante multa iampridem ſecula fecerunt vetuſtiſſimi viri: tanquam enim de re notâ יהוה Iob vetuſtiſſimo inter Hebræos Scriptori loquitur, oſtendens ſummam ſuam poteſtatem, quæ exire facit מזרות *ſigna cœleſtia*, ligat delitias Vergiliarum quæ ibi כמה appellantur, & contractiones כסיל *Orionis*, qui facit oriri עיש *Arcturum*, &c. Idem ex Ieſaiæ, & Amos Propheticis ſcriptis coniicere poſſumus: Hebræi enim maximè ſemper laborarunt in ſtellarum fixarum viribus inquirendis: vnde factum eſt etiam, vt rationem legendi in cœlo, quæcumque futura eſſent ſuis characteribus, inter ſe commenti ſint Cabbaliſtæ, Rabbini ex 34. Ieſai. & 40. Pſalm. 140. & 19. & ſuam כתב מלאכים ſcripturam Angelorum. Et Origenes Doctor Chriſtianus librum eſſe cœlum ſcripſerit in quo futura deſcripta ſint, quem ſecutus eſt magnus Albertus, qui illud *librum* vocauit *vniuerſalem*, de hac autem ſcripturâ plura Neoterici ſcriptores Sixtus Senenſis, Picus Mirandulanus, Claudius Duretus, & nouiſſimè D. I. Gaffarellus vir eruditiſſimus, quẽ honoris & amicitiæ cauſa nomino. FIRMAMENTI igitur cognitio, ex *intelligentiâ Apoteleſmatũ antiquorũ Aſtrologorũ* deſumi poterit, reliqua ex *vi ſenſualium hypotheſiũ* ſtabiliẽda, in animo Philoſophico, vt ſupra dictum eſt.

Iob. cap. 38.

Ieſai. 17. v. 10. ✠

Amos. 5. v. 8.

Rabb. Ben. Iochai in Zoar. ſeſſ. themurath.

R. Abraham in Ietzira.

Specul. cap. 34. Lib. 2. biblioth. voc. inuolutus. Picus mirand. q. 74.

Threſor de L'hiſt. des Langues c. 10. Curioſites inouyes ch. 13.

III. RADIVS PENT. VNIV. PLANETÆ, Hebr. פולות

At vero *iiſdem* planè *modis* obtinebit ex *Aſtronomicis obſeruationibus* motus ipſius firmamenti,

&

& ſubiectorum ſyderum, *Saturni Iouis*, *Martis*, cum *ſuis ſatellitibus*, *Solis*, qui in medio eſt, & *ſatellitum eius Veneris*, *& Mercurij*, ac demum ipſius *Lunæ*, quæ in Elementarem hunc Globum noſtrum deferat potentiùs, tanquam per dioptram, vires collectas circunſtantium Syderum. Et iam percipiet hîc harmoniam *trium principiorum Elementarium Salis*, *Olei*, & *Spiritus ancipitis* naturæ qui vim ſuſcipit *à Mercurio cœleſti* quemadmodum *Sal* à *Lunâ*, cum quo harmonicè concordat, creſcendo, & decreſcendo cum matrice ſuâ, quod multis probare foret facillimum, niſi alibi de his tractatio ſuſcipienda daretur, & denique *Oleum cum Venere*, fœcundum, pingue: nam *Sol* agit harmonicè cum *igne naturæ*, cuius in eo centrum eſt, vt hunc extendat in omnem creaturam, ſibi cognatam & inferiorem, vt in actum producantur omnes potentiæ principiorum ſuorum, cùm autem *Mars* & *Saturnus* eandem naturam, ex eadẽ causâ ſortita ſint, quâ in Elementari globo venena, ſalutaribus mixta, in tribus mixtorum regnis, obtinuerunt intermedium Planetam, qui eis eſſet, quod Napello, Anthora eius alexipharmacum; *Iouem* ſcilicet ſalutarem & beneficentiſſimum. En paucis rationes Planetarum, quas ſi intelligat Medicus, poterit in prænoſcendo, dignoſcendo, Philoſophando, & curando multis antecellere, ac illud Hippocraticum aſſequi ξυμπάθεια πάντα: Cauſam Lib. de Alimento. autem mixturæ rerum, quæ videntur malæ, licet non ſint, cùm DEVS omnia in bonum vſum fecerit, videbit nouam, & non auditam ſi velit ipſe li-

bro noſtro *Cogitationum ſelectarum.* Sufficiat paucis his lineis, Arcanis plurimis, & maximis aditum patefeciſſe: Motum igitur Cœleſtium horum globorum, & eorum ſyſtema conſideret Sophiatros noſter, ex ductu obſeruationum Aſtronomorum, præſertim Hipparchi, Ptolemæi, Alphonſi, Coopernici, Tyconis Brahei, Keppleri, Lanſbergij, & Galilei, quas capiat ſi placet, ex Theoriâ illâ planetariâ &

Tabulæ Richelianæ.

Tabulis Nouiſſimis D.N. Dureti Mathematici Pariſienſis ex ſupradictis omnibus ſelectiſſimis accuratè conflatis, quibus victurum ſemper Eminentiſſimum RICHELIANVM nomẽ præfixum eſt. In hunc porro radium nemo ſine *Numeris*, aut quod dicebat antiquus Philoſophus, ἀγεωμέτρητος veniat. *Geographiæ* præterea cognitio requiritur hîc cũ ſuis Sororibus Mathematicis. Nec aliena ſunt hæc ab Hippocratis Doctrinâ dicentis οὐκ ἐλάχιστον μέρος συμβάλλεται Αστρονομίη εἰς ἰατρικὴν ἀλλὰ πανὺ πλεῖστον. Et Galenus ad Pyrrhoniorum hæſitantiam deueniſſet, vt ipſe fatetur dum ſcholas Peripateticorum percurreret niſi Arithmeticæ, & Geometriæ cognitione, quam Dialecticæ coniunxit, feliciter fuiſſet reuocatus.

Lib de aëre loc. & aquis.

Com. de libr. propriis.

IV. RADIVS VNIV. PENT. ELEMENTA. Hebr. ראשונות

Quartus Radius quemadmodum propiora nobis indicat, cognitionem ſcilicet *Mundi Elementaris*, ita facilior ſed laboribus multò pluribus implicitus propter variam, & multiplicem conſiderationem PRINCIPIORVM, quæ certè à ſuperioribus defluunt, & cum his concordant Harmonicè, in ſuis matricibus, & mixtis: Partes enim

Elementaris

Elementaris Mundi ſunt eiuſdem Diuiſionis cum partibus Microcoſmi ; Aliæ ſunt *Continentes*, quæ ſunt *Matrices Principiorum*, quæ tanquam ſuæ naturæ ipſa principia ſibi admiſcent, abſorbere videntur, & recipiunt, nec ab ipſis ſeparantur niſi per vim ἐνοϱμῶντος Phyſici, de quo poſtea: Sic *Sal* ab *Aquâ* recipitur, dum diſſoluitur in eâ, *Subtilis Spiritus ancipitis naturæ*, quem deinceps ☿ nominabo in *Aërem* euolat, *Oleoſa pars* quæ pariter 🜍 *Sulphur* appellabitur, *Terræ* admiſcetur, vt vniatur ad conſeruandũ *Ignem naturalem*, qui eſt ſecundum ἐνοϱμῶν, cuius *Sulphur* alimentum: ipſe enim, vt in vulgari igne cernimus, alligatur oleoſæ parti ligni, cum interim vnà cum fumo euolet ☿, & *Sal* cum cinere abſcedat, & vbi conſumpta eſt ſtatim euaneſcat, inuiſibilis permanens, niſi cum continuò confligens rurſus in aliquo nouo ſubiecto potuit, ſemotâ repugnante Salis (ſi quæ ibi ſit) matrice *aquâ*, & *mercurio* in aëre circuniacenti irritante multo, ad *Sulphur* mixti depuratum tranſire, vt ſponte accidit in fœno madido, quod in fœnilibus ignem ſine igne vulgari concipit, dum coarctata principia immoderatâ quantitate mixta mouentur, & igni locum dant quem in ſulphure exitauere, non aliâ ratione qua chalybs, ex ſilicet per fortiorem commotionem, & materiam ſulphuream proximam. Quod autẽ mercurius & aqua reſiſtant fortiter huic approximationi patet ex ligno viridi, quod difficiliùs concipit flammam, & ex eo quod in aquâ diutiùs fluitauit, quod certè facilius, cùm Sale priuatum ſit, & profectò niſi multo Sale

cum matrice ſuâ circundaretur *Terra*, atque quaſi inuolueretur, etiam ſecundum particulas, & ☿ aduolaret, continuum eſſet conflagrationis Terreſtrium periculum, ab Igne illo ſcilicet, qui in *centro* eius eſt, vt ipſi non negant Theologi: Sic enim D. Hieronymus. Per cor maris ſignificatur Infernus, pro quo in Euangelio legimus, in corde terræ. Quomodo autem Cor animalis in medio eſt; ita & Infernus in medio Terræ eſſe perhibetur, vel certe iuxta ἀναγωγὴν in corde Maris. Quod autem ignis eius ſit corporalis dicere non ambigit D. Gregorius lib. 4. dialogorum, argumenta probantia eius legi poſſunt ibidem, quemadmodum & apud Georgium Reiſch Friburgenſem, Carthuſianum de potentiis animæ intellectiuæ differentem circa annum Domini 1503. *Ignis* igitur eſt ἐνορμοῦν *Mundi Elementaris*, & *Sulphure* fouetur, *Sale* in matrice ſuâ *coërcetur*, *excitatur* verò à ☿ non per modum totalis contrarietatis vt aquæ, & ſalis, ſed partialis: *Quantum enim aëris natura recedit, à naturâ aquæ, & ☿ natura à naturâ Salis, tantùm accedit ad naturam ignis aër: & ☿ ad naturam Sulphuris, vt ei perfectè vniatur per ordinem circulatoriæ tranſmutationis*, quæ eſt in Elemētis ex experiētiâ & authoritate veterum philoſophorum, maximè Ariſtotelis dicentis expreſſis verbis ὅταν ὕδωρ ἐξ ἀέρος γένηται, καὶ ἐξ ὕδατος ἀήρ. Hinc fit vt aër condenſatus in niuem, aut pruinam, aut affatim irruens in paucum ignem hunc extinguat, vt in candelâ videre eſt, quòd commotio illa violenta, & ventoſa, fit quoddam principium congelationis in aquam,

In Ionam cap. 2. in hæc verba, proieciſti me in profundum, &c.

Lib. II. Margar. Philoſ. cap. 47.

Lib. 3. de cœlo.

aquam, vt eſt flatus follis in loco ſubterraneo ad ſpeculum, ex doctrinâ experti figuli de naturâ venti ſolo obſeruationis, & rationis ductu veriſſimè diſſerentis, etiam ſine repugnantiâ Doctiſſimorum, & primorum Galliæ Philoſophorum, & Medicorum: Minor autem ex folle irruentis in ignem copioſum hunc accendat; Dum enim ignis conatur expellere quod adhuc repugnat ſibi aliquantum, inſurgit aduerſus eum, & cirum circa, præſertim ad ſuperiora conuolantem ☿ ſequitur, occurrentem abſumit, & in ſui naturam conuertit. Augetur autem tantùm quantùm patitur quantitas Sulphuris ab aquâ & ☿ ſeparati, cui alligatur, & à quâ recedere non poteſt, cum reliquis circumſtãtibus nutriri nequeat principiis; Hæc eſt intima, veraque Philoſophia experimentis ſenſibilibus conſona; de quâ fortaſſis aliquando diſſerendi locus dabitur copioſior, cùm de principiis, & principiorum naturâ; mixtione, & effectibus diſputabimus. Hactenus oſtendiſſe ſufficiat, Mundi Elementaris partes alias eſſe *continentes* Terram, & Aquam ſcilicet, quæ Aëre inuoluuntur, Alias *contentas* haſque dupplices, *ſimplices deffluentes à continentibus*, ☿ ab aëre, Salē ab aquâ, Sulphur à terrâ. Alias *compoſitas inhærentes continentibus*, à quibus ſeparatæ moriuntur: Harum nonnullæ *Aëri*, & ſunt vel *imperfectè mixtæ*, vt Meteora, vel *perfectè*, vt Homo, Volatilia, Quadrupedes, & Reptilia quædã: nonnullæ *Aquæ*, rurſus *imperfectè mixtæ* vt Zoophyta Aquatilia, vel *perfectè* vt Piſces. Nonnullæ denique Terræ *perfectè mixtæ* vt plantæ, quæ à Terrâ auulſæ, marceſcunt,

Bernard Paliſſi au Moyen de deuenir Riche imprimé à Paris 1636.

marceſcunt,& moriuntur, vt etiam Metalla, Lapides, quibus excrementi deiectio eſt principium mutationis,& ceſſatio vegetationis,& augmenti & tandem mors, quæ non accidit illis in mundo niſi poſt longiſſima tempora, quæ ſunt periodi vitæ, eorum, de quibus in Cogitationibus ſelectis ſcripſimus, *imperfectè* vero Succi concreti,&c. Alias denique *impetum facientes*, vt *Spiritus Aſtrales*, qui harmonicé concurrunt in *Sole* & *Igni* Secundo ἐνοςμένπ coniunguntur, vt variis modis excitentur Principia, & diuerſi producantur effectus, in generatione duratione,& corruptione Aëriorum, Aquatilium, & Terreſtriũ ſecundùm diuerſos conſenſus,& diſſenſus ſeparationis, & coniunctionis amicos, aut inimicos aſpectus. De his omnibus *Philoſophia naturalis* quam Græci φυσικὴν appellant, & quam non ſolùm tradiderunt Plato, Ariſtoteles,& cæteri Philoſophi Græci, ſed etiam Hermes Triſmegiſtus vt conſtat ex Tabulâ Smaragdinâ, & dialogis eius, & Hebræi & Arabes, ac Latini, & Europei Scriptores quamplurimi Lullius, Bacco, Paracelſus, & Regis Medici D.D. Riuerius & Quercetanus,& Nouiſſimé linguâ Gallicâ D. Broſſeus vir ſingulari laude digniſſimus, à me licet ignoto Lutetiæ viſus anno 1638. in Horto Regio curæ eius commiſſo. Qui omnes doctè & poſt multa experimenta ſcripſerunt.

V. RADIVS PENT. VNIV. Homo. Hebr. pl. אנשים

Iam quintus ſeſe nobis offert Radius exhibens ſyſtema Mundi minoris, Græci μικρόκοσμον nominarunt quod reuera videatur *Mundi maioris epitome.* Quis enim vel Chriſtianus negabit, ſedem ſuam in homine

homine ab *Archetypo* positam, cùm dicat Aposto-
lus Corinthiis οὐκ οἴδατε ὅτι ναός ΘΕȣ ἐστε, καὶ τὸ 1.Cor.v.16.
ΠΝΕΥΜΑ τȣ̃ ΘΕȣ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, imo vt postea re-
petit τὸ σῶμα ὑμῶν, corpus vestrum, & vt interpre- Ibid.c.6.v.19.
tatur vulgata versio membra vestra? Quis non ad-
esse *Angelos* cum dicat Psaltes Angelis suis manda- Psal.90.
uit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis, sub
quo nomine comprehenditur *Hierarchia Cœlestis*, vt Gap.1.
patet ex Nouo Testamento in Epistolâ ad He-
bræos. Qui creat Angelos suos spiritus & Ministros
suos Ignis flammam, & aliis multis in locis vbi Spi-
ritus boni & Ministratorij DEI Angeli tantùm no-
minantur. Quis non *Animam cœlestem* & in futuro V.Rambam More Nerochim part.2.
sœculo beatam futuram cui data sunt Dona, virtu-
tes, χαρίσματα, διακωνίαι, ἐνεργήματα, sermo sapiē- 1.Cor.cap.12.
tiæ, sermo scientiæ, Fides, χάρισμα τῶν ἰαμάτων,
operatio virtutum, prophetia, discretio spirituum,
Genera linguarum, interpretatio sermonum? quæ
omnia Anima nostra rationalis, à Spiritu DEI con-
sequitur, & possidet, sentiendo, & credendo: Sic
enim Doctor Gentium ad Romanos: Fides ex Au
ditu, Auditus autem per verbum CHRISTI, vel Rom.10.v.17.
ΘΕȣ, vt habet Textus Græcus. Sentit igitur Anima,
audiendo quemadmodum, & videndo, olfaciendo,
gustando, tangendo vt percipiat non solum obiecta
sensibus exterioribus omnibus communia, motum,
quietem, figuram, numerum, & magnitudinem, Aristot. lib.2. de anima.
sed etiam propria cuiusque Sonos, Colores, Odores,
Sapores, & Tactiles qualitates per facultatem ab
animâ spiritui Animali concessam, qui eorum spe-

Ariſtot lib.3. de anima.

cies apprehendens,& à ſe inuicem per *variam mouē-di cuiuſque vim* diſcernens & cognoſcens in Senſu communi, Diligentiùs in Phantaſia retinendo examinando, cogitando, iudicando, & æſtimando ex eis format imagines, quas deponit in Theſauris memoriæ, vt inde depromantur, cum opus fuerit; & hic eſt alter Tropicus ſpecierum ſenſibilium, quas cognoſcit Anima rationalis, quæ tanquam Sol in primo illo Mobili animali lucet in omnibus eius partibus, at præcipuè in Phantaſiâ viget & fulget, vbi Meridianus eius Circulus ſuum Æquatorem interſecat. Qui hæc aſſequitur non parum intelligit quæ ſit vis Animæ. Et quomodo agat: quod quæſiuerunt curiosè Sapientes: Quomodo Species, & Notiones ſimplices exaltatas in Phantaſiâ apprehendat: Quomodo has coniungens veras à falſis diſcernat; Et quomodo per harum collationem ſecundum *ſimilitudinis* δύναμιν, aliquid excitet tertium per λογισμὸν, & διάνοιαν vt Græcè loquuntur Philoſophi: quomodo mutuò Cognatis gradus, & loca tribuat, per ordinem & methodum. Iam etiam *Firmamentum in Homine* videamus in cuius virtute ſtabilitur ſecundum Triſmegiſtum Hermetem, qui eum in ſe recipere dicit virtutem ſuperiorum, & inferiorum: Neque enim, niſi de Homine intelligenda illa cælatura eius Smaragdina, cum homo ſit gloria mundi potius, quem Plato dicit eſſe θαῦμα θαυμάτων, quam creditum illud, & tantum putabile, non potabile Magiſterium Alchymiſtarum; In Homine igitur ſunt *Stellæ, Signa*; *Zodiacus* quem-

admodum

admodum in firmamento vires ſtellarum eius attrahens, quod etiam teſtatus eſt Manilius his verſibus.

Accipe diuerſas hominis per ſidera partes, Lib.2.Aſtron.
Singula quæ propriis parent in ſigna figuris.
In queis præcipuas toto de corpore vires
Exercent. Aries Caput eſt ante omnia princeps
Sortitus.

Item & alibi. Lib.4. Aſtron.

Ac velut humana eſt ſignis deſcripta figura,
Vt tanquam communis eat tutela per omne
Corpus, & in proprium diuiſis artubus extet:
Namque Aries capiti, Taurus Ceruicibus hæret.
Brachia ſub Geminis, &c.

Et quod è Græcis adduxit Doctiſſimus Ioſephus Scaliger αἱ ἀνθρώπων μελοθεσίαι ὧν κυριεύει μελῶν ἕκαστον τῶν ζωδίων, εἰς τὸ εἰδέναι ἡμᾶς τὰ σίνη καὶ τὰ πάθη τὰ γινόμενα τοῖς ἀνθρώποις, ἀπὸ τοῦ κλήρου καὶ τύχης, καὶ τοῦ δαίμονος, καὶ τοῦ σίνους, καὶ τῶν κυρίων αὐτοῦ ἔνθεν γνωρίζεται ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τὰ πάθη καὶ τὰ σίνη. Sunt etiam Planetæ qui conſentiunt cum ſtellis errantibus Mundi Cœleſtis, vt docuit Hermes ſcribens ad Ammonem Ægyptium, & Sectatores eius Hermetici declararunt, & Iatro-mathematici, Eximiè vero & inter cæteros poſt Ptolemeum, Gręcos, & Arabes, Arnaldus Villanovanus, Hieronymus Manfredus Medicus Bononienſis, Antonius Mizaldus, Oſvvaldus Crollius, & nouiſſimè Theologiæ Philoſophiæ Medicinæ, & Mathematices Interpres excellenriſſimus D. Thomas Campanella,

Comment.in 2. Manil p.44. v.21.

In Apotelesm. lib. de Iud. Aſto. Centil. de med. & infir. In planetologia. In præfat. Baſilicæ chym.

In Medicin. lib. 5. cap.3.

quem honoris causâ nomino, quòd eius amicitiæ & humanitati quam non solùm priuato inter nos colloquio, sed etiam scripto testatam esse voluit, vt etiam veritati me debere confiteor Post illos omnes de *Microcosmi erronibus* sic sentio. Cum superiùs ostenderim quomodo Sol cum Igne Naturæ, Luna cum Sale, Venus cum Sulphure, & Mercurius cum ☿ spiritu ancipitis naturæ Harmonicè consonet; Sic etiam *Sphæras* eorum esse puto in *talibus principiis*, *Dignitates* verò eorum notatas *partibus in quibus potentiùs agunt hæc principia commota spiritibus Astralibus*. Ideoque in *Corde* locum *Solis* esse puto, quod, vt Leo in Mundo Cœlesti, in Microcosmo est eius domus, quòd ibi potentissimè vigeat, *Spiritus vitales* producendo, qui *Sphæricè* per vniuersi hominis Machinam feruntur, cum *arterioso sanguine*; *Lunæ* verò in *stomacho*, cui dominatur vt scribit Mizaldus, tanquam receptaculo alimentorum omnium nobilissimo, & in quo *Pituita* est siue *Sal corporis* vt postea dicetur: nam teste Galeno hæc in primâ ciborum mutatione generatur, & postea per venas rapitur Meseraicas, vt in iecur perfectiùs coquatur, & verè vt Sulphuri commisceatur, vnde sanguis, à quo etiam in Cerebro separatur excrementorum more dum dissoluitur à vaporibus aqueis sursum eleuatis, & in eius matricem resolutis, *Aquam* scilicet vnde etiam Lunæ Metamorphoses vt docet Mizaldus: Quare locus *Lunæ* est in *stomacho* vt in Cancro Cœlesti, in quo producit *Spiritum naturalem*, nam iuxta Ptolemæum ipsa τῆς φυσικῆς δυνάμεως ἐστὶ πηγή; In *Sphærâ* igitur

Planetolog. cap. 5.

Comment in lib. de nat. Hum. com. 39. & lib. de atra-bile.

igitur *huius spiritus* fertur, Elucescit autem & in *Cerebro*, Quemadmodum Luna in Ariete vbi primùm Soli coniungitur, & ab eo concipit augmentum luminis, & potestatis. Neque enim *naturalis spiritus perficitur* nisi in *Capite* vbi commiscentur venæ, & arteriæ; spiritus vitalis, & spiritus naturalis, ideoque in Ariete prima mansio eius est, & secunda, & tertia, quas *Alnach, Albochan, & Althoraie* nominarunt vetustissimi Astrologi, & eius exaltatio verè est in Ariete Cœlestis, non fictitij Zodiaci. *Venus* verò in *Hepate Spiritibus naturalibus* dat incrementum & eorum auget vim, per *Sulphur* cui præsidet, ex quo cum ☿ Liene, vt postea dicetur, allato fit sanguis. Hoc significarunt Astrologi dicentes, pectus Cancro Subiici quod Hippocrates τὴν χέλυν quasi dicas testitudinem, appellat; quòd contineat omnia quæ sub costis sunt, etiam Hypochondria licet diaphragmate separata. Hoc enim docet Galeotus Narniensis scribens de Homine, & signaturam Cancri & pectoris declarans. Pectus Cancri est ob eius animalis figuram, inquit, Latitudo enim pectoris Cancri dorsum efficit, costæ vero pedes. Hinc fit vt tantus sit consensus inter ventriculum & Hepar, & *Renes* etiam, quibus *Venus* præest vt Libræ Cælesti: quod notat ex Arabibus Laurentius. Fulget autem *Venus* etiã in *Vtero, Magisteriũ Sanguinis* σπέρμα, ex præparatis Sale, 🜍 & ☿ per venas, & vasa seminalia in testes transmittẽs, quibus Mars præsidens vt ♏ propter amicitiam, Veneream vim addit ex Sulphure, cuius excrementis præest, astans Veneri in hepate, & in Ariete

V. Duret. au Thresor des Langues. Stoffler. in intr. Ephemer.

lib. de Anatome.

Histor. Anatom. lib. 6. quæst. 29.

cum Venus eſt in Tauro, ibi enim & venæ ſunt multiplices, & Sanguis copioſus, vt ex Iugularibus patet. *Mars* autem hanc *iuuat*, & impedit ne matrix Salis aucta hunc diſſolutum ſeparet à capite vnde catarrhi, augendo *Ignem* naturæ, qui exaltatur in Capite, vt Sol in Ariete Cœleſti. Eadem ratione *Saturnus*, *Mercurio opitulatur*, cum ſint ambo Cœli filij, ex figmentis Myſticis Poëtarum, *Mercurius* ☿ *præeſt*, & *Spirituum Animalium principio*, vt *Luna naturalium*, *Venus Genitalium*, *Sol vitalium*; *perficiuntur* autem *cum naturalibus & vitalibus coniuncti* vbi ad *Exaltationes Solis* & *Lunæ* peruenerunt: Verum cùm ſit ☿ *volatilis naturæ*, opus habuit Rectore qui ſiſteret *grauitate* ſuâ *promptiorem* eius *ſpiritum*, vnde factũ eſt vt Melancholicorũ ingenia, (qualia fuerunt eorũ qui Mercuriũ in Saturnalibus locis, vel Saturnũ in Mercurialibus dignitatibus habuerunt,) in lucem cum corpore venientia, Scientiâ, & eruditione præſtantiſſima fuerunt: cùm verò alioqui *Excrementa mercurialia* eſſent, parum apta generationi, nutritioni, & vitæ, reiecta ſunt, in *Genua*, & *Tibias* vt firmarent, Stabilimentum totius corporis recti grauitate ſuâ; Et ne nocerent rurſus aſcendentia, aut in Pedes deſcendẽtia, tẽperata ſunt *Iouis* præſentia in *Cruribus*, & *Pedibus* ea concludentis, cùm alioqui *toti pectori* incumbat, in exaltatione ſuâ, tanquam in Cancro Cœleſti, vt iuuet felices conatus Solis in *vitâ*; vnde etiam Ζεὺς ἀπὸ ζῆν, quod eſt *viuere* teſte Platone dictus eſt, *Lunæ* verò vt Facultatem Naturalem ſpiritu ſuo promoueat & hanc à Marte deffendat.

Cic. lib. 3. de Diui.

Plato in cratylo.

deffendat. *Veneri* autem Sorori producenti Spiritus Genitales, & materiam Sanguineam, & spermaticam præparanti. *Mercurio* denique ad Sphæram neruorum in Cerebrum per venas & Arterias aſcendenti.

Hæc ſunt quæ Harmonicum Partium Hominis, & Cœli conſenſum declarant, quæ facilè augere poteſt, qui Aſtronomiæ, & Aſtrologiæ peritus ad *Sectionem corporum* ſe contulerit, in quâ veteres multis Paraſangis ſuperarunt Veſalius, Columbus, Laurentius, Bauhinus, Riolanus, & nouiſſimè Remmelinus, vt depromat inde, quæ de *Conformatione*, *Figurâ*, *Vſu*, & *Actione* (quæ inter ſe differunt, vt notat Laurentius:) notanda ſunt: hinc etiam *Syſtema Corporis* poterit obtinere, & Symmetriam, ſi non ἀγεωμέτρητον: cùm, vt dicebat Protagoras homo ſit μέτρον ἁπάντων: ſed de his nos in Phyſiognomicis fundamentis ſcripſimus; Oſtendentes pleniùs, quomodo homo ſit, vt dicebat Theophraſtus ἀντίμιμον παράδειγμα; Syneſius, Horizon Corporeorum, & incorporeorum. Hîc tantùm cum Plinio oſtendimus, hunc eſſe Mundi Epitomen; ideoque, vt Elementaris Mundi partes in eo demonſtremus properandum eſt: Hiſtor. Anatom. lib. 1. cap. 17.

Et quia ſupra diximus eas eſſe *Continentes*, *Contentas*, & *Impetum facientes*, eaſdem etiam in Homine aſſerimus, iuxta Doctrinam Hippocratis Medici: Ita vt ἴσχοντα non ſolùm στερεὰ contineant, ſed etiam ὑγρὰ, vt loquitur Alexander: Reſpondent enim Aëri, Aquæ, & Terræ, Elementis, 6. Epidem.

tis, quæ licet egregiè mixta ſint, tamen nulla eſt pars in quâ non aliquod excellere, ac quaſi prædominari videatur: Sic Caro plurimùm *Terræ* habet, ideoque etiam cæteras partes ſimilares quantitate ſuperat, quia homo à Terrâ ſuſtinetur, & cum centro eius conſentit, & ſiue in aëre, ſiue in aquâ ſit, ſemper ad Terram tendit: Genes. 2. v. 7. nam vt loquitur Scriptura formauit יהוה אלהים hominem עפר מן־האדמה *puluerem è terra*: *Membrana* verò plurimùm *aëris*, vnde tenuior, ſenſibilior, vt etiam *Nerui*, Quæ partes cõmuni conſenſu Hippocratis, Ariſtotelis, Galeni, probantur generari ex materiâ ſpermaticâ, & nutriri humore lento, mucoſo, qui iis inſperſus, aut circumfuſus cernitur: At vero Fibræ, Arteriæ, Venæ, quia iiſdem conſentientibus diuerſam habent materiam nutritionis, à materiâ generationis, ideo etiam & diuerſum habent conſenſum cum his duobus Elementis, prout generatio, aut nutritio fortior eſt: ita vt in carnoſis, & craſſis, ſint magis ter-1. Meth. 5. 1. de Elem. reſtres; in gracilibus verò magis aëreæ, *Aquæ* porro partes (nam Partem cum Galeno dicimus *quidquid totum Corpus complet, atque integrat, aut ad eius conſtitutionem facit*,) ſunt etiam in Homine, ipſo Hippocrate teſte, qui τὸ ὕδωρ non ſolum agnoſcit ἐν τῷ σώματι lib. 4. de Morbis, ſed ſuam etiam ſententiam, & effatum (φημὶ enim dicit ibidem) explicat libro περὶ σαρκῶν, vel melius libro περὶ ἀρχῶν, de quibus ibi agit, non ex communi Philoſophorum opinione, ſed ex propriâ,

priâ, vt doctè notat Anutius Foesius; Imò & Galenus agnoſcit, ſcribente Laurentio τὰ ὑγρὰ τὰ ἐν τοῖς ἀγγείοις ἐμφερόμενα, καὶ κατὰ πᾶν σῶμα διεσπαρμένα: Hoc ipſum eſt quod hîc docemus; In hac enim contineri *Salem* diximus, quod eſt primum τῶν ἰχυμένων, quod prædominatur in *pituitâ*, quam Salſam agnoſcit Galenus, quemadmodum & ☿ in *aëreis* ſupra deſcriptis, id eſt *membraneis*; nam *Lien* in quo eius locus eſt, ex membraneis interiùs conflatus eſt, quæ ſpongioſa corpora conſtituunt, aëri harmonicè concinentia, in ſublimi aquâ nata: Lien autem, vt agnoſcit Hippocrates, eſt παρέγχυμα σπογγῶδες, ἀραιὸν καὶ κενὸν, quod etiam cum aëre conſentit, & cum Pulmone, qui eiuſdem naturæ eſt: nam aër in lienem fertur à pulmone, per arterias quas habet numeroſiſſimas, & inſignes, vt ex eo, & partibus ſanguinis Mercurialibus principium detur *Spiritibus animalibus*, non Vitalibus, vt exiſtimabat Vlmus Medicus Pictauienſis elegantiſſimus, qui à Sole, & Ioue in Corde perficiuntur. Sic igitur ☿, *ſecundum contentorum*, in *Aëre* matrice ſuâ, in *Liene* continetur, & per vniuerſum Corpus, quod eſt σύμπνοον in ſuâ ſphærâ defertur; prædominatur autem in *Atrâ bile*, quæ acida eſt Galeno conſentiente, quemadmodum ſpiritus mercuriales, qui *Eſurini* dicuntur, quod eſurire faciant, quod eſt de omnium Dogmaticorum conſenſu. At verò Tertium Contentorum eſt *Oleoſum* illud quod *Sulphur* 🜍 appellauimus,

In not. ad hunc libr. ſubiect. 3. ſect. oper. Hipp.
Hiſtor. Anat. lib. 1. cap. 18.
Lib. 2. de diff. febr. cap. 6.
V. Bellonium lib. 2. de aquat.
Lib. de veteri Medicina.
Lib. de vſu Lienis
Hippocra. lib. de Alim.
Lib. 15. de vſu part. cap. 4.

cuius ſedes eſt in *Hepate* ſub Dominio *Veneris:* Nam Hepar eſt vera Terra eius, & matrix, in quâ purificatur à ſuis *excrementis*, quæ *Mars* accipit in *Felle*; vt ♄ in *ſentina Lienis*, ea quæ ſunt ☿, quæ tandem coniunguntur in inteſtinis, illuc delata per Vas breue, tranſeundo per Stomachum, vbi aliquos vſus habent, & *Salſis* ibi relictis applicando, occurrunt, ad oſtia cholidochi meatus, & arreptis reliquis fæcibus ☿ Saturnalibus, per venas aliquot à portâ adductis foras exeunt: verùm 🜍 vbi purum eſt, & Sali, & ☿, etiam depuratis iunctum vi Aſtrali in ſuis matricibus, etiam præparatis conſtituit *Elixir* illud mirabile quod eſt *Ignis naturalis*, (quem Iupiter accendit,) *conſeruatiuum*; & vbi adhuc perfectiùs exaltatum eſt *Ignis vitalis*, qui à *Sole* proficiſcitur, qui ideo Iouis filius à Poëtis fingitur. Et quia in Mundo Elementari ſunt etiam *Animalia*, *Vegetabilia*, & *Mineralia*; Sic etiam in Elementaribus Mundi Minoris partibus ſunt pediculi diuerſorum generum, acari, tineæ, vermes pariter diuerſarum ſpecierum στρογγύλοι, ταινίαι, ἀσκαρίδες, hirſuti, & pedales; quales vidit Matrona quædam è Peru rediens apud Monardem: Lacertam etiam vidit Montuus: Anguillam in colo genitam ſcripſit Gemma Friſius: Scarabeum cornutum Geſnerus; eruci-formes vermes Dodoneus: Sic etiam *Vegetabilia* agnoſcimus in Microcoſmi pilis, & vnguibus; & nuperrimè in Gazetarum variis narrationibus legiſſe memini, cuidam in interioribus

Lib.3.ſimpl.nou. orbe delat.
Lib.4.anaſc. morborum.
Cyclognom.lib.2. cap.2.
Lib.3. Epiſt. p.94.
In annot.ad.cap. 58.Beniuen. de Abdit.

excreuiſſe

excreuiſſe ſpinam modo planè mirabili, ſi non incredibili: *Mineralia* verò continere non negauerit qui oſſa conſiderans, ac dentes, calculos in partibus ferè omnibus generari obſeruauerit: Metalla quidam obſeruarunt, qui Sileſij pueri, dentem aureum habentis, Hiſtoriam reliquerunt, & qui cum Foreſto ferramenta deiecta per ſuperiora viderunt. Qui autem in Microcoſmo principia Aſtralia, & Elementaria agnoſcit, nihil horum impoſſibile ſibi perſuadet omnino. Verùm ad ἐνορμῶντα veniamus, quæ ſunt *Spiritus*, quorum vnus eſt *Inſitus*, Græc. σύμφυτος, quem agnoſcit Galenus, & quem Hebræi appellarunt נשמת חיים, *ſpiraculum vitæ*, & quem אלהים inſpirauit in faciem Hominis vt eſſet quemadmodum tradidit Moſes לנפש חיה *in animam viuentem* nam ab animâ immediatè procedit, & reuera eſt eius inſtrumentum, vt ipſe Galenus fatetur: Huius verò vinculum eſt *Spiritus Influens*, qui ex Aſtrali, & Elementari Elixire procreatur, beneficio circulationis, & purificationis, & eſt Ignis Naturæ accenſus in Animalibus, vt ſoluendo, & coagulando, ſeparando, & congregando vitam animalem, reſpirationem, ſenſum, motum, nutritionē, auctionem, & generationē in ſeptenario perficiat. Vnde à Medicis conſtitutus eſt *Vitalis*, quem *à Ioue, & Sole ex Sulphure depurato* concurrentibus reliquis ſpiritibus Aſtralibus interioribus produci diximus in Corde, (ad tam neceſſariam enim actionem concurrere debuerunt,

V. Hiſtoriam eius a. Iac. Horſtio & M. Rulando ſcript. 1595. in Obſeruat.

Lib. 5. de ſimpl. medic. fac. cap. 9.

Geneſ. 2. verſ. 7.

Lib. 3. de loc. affectis cap. 5.

omnes facultates Microcoſmi.) *Animalis*, qui in Liene, à *Mercurio, temperante Saturno* primùm productus eſt, ac per regna Veneris, ad Coniunctionem Iouis, & Solis, ac tandem bis per arterias, demiſſis ad depurationem fæcibus ad Lunare ſolium promotus, vt in cerebro perficiatur. *Naturalis* qui à *Lunâ, Venere, & Ioue in Hepate, ex Sale* potiſſimum productus eſt, cui quotieſcunque Mars addit vim ſuam Sulphuream, tunc fit γεννητικὸς tum ad præparandum, & eiaculandum σπέρμα cum etiam ad partes libidinosè proritandas; quod ego multis probare poſſem, ſi tantum λογίατρος hæc tractare propoſuiſſem. Hîc vnum addere conuenit, *Spiritum naturalem* in *Sperma* primùm influere, ex Maternis, & Paternis ſeminalibus ſpiritibus, deinde in *fœtum Vitalem*, ex *Inſito* primùm procedentem: (vita enim à DEO, poſtmodum ex Naturali, & Solari poteſtate perficitur, vt ſit verum Peripateticum illud, Sol, & Homo Generant Hominem:) Ac tandem *Animalem* ex vtroque, adiunctâ vi Mercuriali influente, cum Saturninâ temperante: Poſtremò verò γεννητικὸν, qui ex omnibus harmonicè conſentientibus, adiunctâ vi Martis præſertim. His de cauſis accidit vt in Homine conſpiciantur primùm actiones Naturales Nutritionis, & Accretionis, deinde Vitæ, tertiò Motus, & Senſus, quæ augentur labentibus annis, poſtremò Generationis. Et vt concludam hunc Circulum Pentagoni Medici Vniuerſalis, ex his

patet

patet verissimum esse quod Galenus vir ingenio verè mirabili, & Philosophico protulit intelligentibus, Tria esse quæ primigeniam nostram substantiam complent: SPIRITVS, SANGVIS, ET SEROSA. SVBSTANTIA, siue AQVA de quâ superius, nam ἀναίσθητος est ille qui hæc cum obseruatione conferens sub *Spiritu*, *aërem*, & ☿ in eo præter Spiritus à nobis notatos; sub *Sanguine* 🜍 & *Balsamum* vitæ, & naturæ, cum *terrâ* suâ; Sub *Serosâ substantiâ Salem* & *Aquam* eius Matricem facillimè non percipiat, sed multi Galenum legentes, Galenum imitari non curant, cui non Inuidia, aut Auaritia studium veritatis auferre potuerunt. Sect. 1. Aphor. cõment 15.

Ternarij Magnalia ad Sublimiorem, & Theologicam verè Meditationem, dum hæc scriberem me deduxerunt, Quæ fuit olim *D. Bernardi* in paruis sermonibus, quam cum lectore communicare volui pro corollario ipsis Authoris verbis, *Sermone 16.*

Tres sunt, qui Testimonium dant in Cœlo PATER, FILIVS, ET SPIRITVS SANCTVS. 1. Ioan. 5.
Tres in terra SPIRITVS, AQVA, ET SANGVIS.
Similiter in Inferno, vt in Esaia legimus; Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Duo mala sunt VERMIS, *&* IGNIS, *altero roditur conscientia, altero concremantur Corpora, tertium additur* DESPERATIO, *quæ in eo vtique intelligitur quòd dicitur non morietur, & non extin-* Esai. 66.

guetur. His qui in Cœlo ſunt, datur Teſtimonium beatitudinis: his qui in terrâ, iuſtificationis: qui in Inferno ſunt, damnationis: primum teſtimonium eſt gloriæ, ſecundum gratiæ, tertium iræ.

FINIS PRIMÆ PARTIS PENTAGONI MEDICI-PHILOSOPHICI.



PENTA

PENTAGONVM NOSOLOGICVM PARTICVLARE.



IS vniuersalibus ita digestis, in quibus, tanquam in Oceano Medico Theoricæ simul, & Praxeos magnalia continerentur, necessariam videbam *Methodum Particularem*, cuius beneficio ἐρωτήματα ἀναμνηστικὰ ad verum Medicinæ scopum attingendum disponerentur: Nam cum Galeno semper existimaui Medicinam optimè definitam, per Artem quæ à *morbis* ægrotantes prorsus vindicat, & Morborum violentiam retundit. Quod enim dicebat ipsa Veritas, *Non est opus valentibus Medicus, sed malè habentibus: Sani* verò non sunt qui in statu *decidentiæ* constituti sunt, cùm iam ægrotare incipiant, & in eorum corporibus habeat se contra naturam œconomia consueta; neque etiam qui *conualescunt*, cùm eorum non sit perfecta Therapeia. Igitur in Morborum consideratione peculiarem istam Meditationem totam esse studui; ac ex Quinarij scaturigine animaduerti, Medicum non sine sperato fructu

PENTAGONVM PARTICVLARE vel speciale.

Libell. de Arte.

Matth. 9. v. 12.

fructu recessurum, qui perspecta haberet in quolibet affectu corporis, contra Naturam hæc QVINQVE, ΤΟ ΕΙΝΑΙ, ΤΑΣ ΑΙΤΙΑΣ, ΤΟΥΣ ΤΟΠΟΥΣ, ΤΑ ΣΗΜΕΙΑ, καὶ ΤΑΣ ΕΝΔΕΙΞΕΙΣ, ad Curationem dirigendam; Quamobrem primum illum RADIVM extendi per *Quinarium* iterum, & *quinque* mihi patefacta sunt ex quibus *Primum Circulum* PENTAGONI NOSOLOGICI componere valerem.

CIRCVLVS I. πενταχ. ΕΙΝΑΙ.

RADIVS I. NOMEN. Lib. 1. de Interpre. cap. 1.

Imprimis enim animaduerti in rerum omnium cognitione, nihil prius innotescere *Nomine*, ipso Aristotele subscribente; Nominumque notitiam tantopere commendatam Philosophis, vt ab iis *ἄριστον λέγεσθαι* dicat Plutarchus *τοὺς μὴ μανθάνοντας ὀρθῶς ἀκούειν ὀνομάτων κακῶς χρῆσθαι τοῖς πράγμασι*. In Nominibus enim contineri Ideam Rei, perfectissimè adumbratam: & à DEO, Homini concessum Nominum imponendorum Priuilegium, subolfecisse videtur Pythagoras, summam sapientiam tribuens primo rerum Nomenclatori. Et certè fatetur Plato potentiam, humanâ superiorem huic adstitisse, dum dixit, intelligentiam rerum, ex nominum scientiâ de necessitate pendere. Vnde cùm *Hebraica* Lingua censeatur omnium antiquissima, miram *ἔμφασιν* obtinet in doctrinâ nominum, quod multis exemplis probat Duretus Præses doctissimus. Nos designato vno, aut altero Nomine Morbi, rei totius specimen proferemus, Catalogum omnium Harmonicum, cùm & aliquando descripturi in artis huius prolixiori explicatione,

In Cratylo.

Au Thresor de l'Histoire des Langues chap. 56.

cation, si DEVS voluerit. Scribens igitur de *Scabie purulentâ* Resch Lakisch dixit. Quare vocatur nomen eius ילפת ? propterea שמלפפת quòd *adhæret* והולכת, & *serpit* vsque ad diem mortis; deducitur enim à Rabbinico, & Chaldaïco לפף, quod *inuoluere* significat: Quis autem Medicorum in praxi non videt præcipuum talis affectus symptoma esse, quod inuoluat miserorum ægrorum corpora, deinde serpat; vnde etiam Græcè dicitur ἕρπης qui ἐσθιόμενος, penetrando vsque ad ossa vorat, cui solent nonnunquam omnia remedia nihil proficere, vt notat Cornelius Celsus. Latini potuissent *Serpiginem* nominare, sed primum eius rudimẽtum nonne pruriginem appellarunt, quo nomine quid magis graphicè rem possit exprimere non video: Nostri dicunt, Scabiei genus proximum *Rogne, pource qu'elle roigne, ou ronge les parties du corps humain:* in capite verò *Rache, pource qu'elle arrache la peau, & ne se peut guerir qu'estant arrachée.* Hoc centone patet quam vtilis sit ad morborum disquisitionem accedentibus, *notitia Nominis*, primùm *Vernaculi*, deinde *Hebraïci, Græci, Latini, & Arabici.* His enim linguis scripserunt doctissimi quique Medicinæ Interpretes.

in Cod. Talmud. Bechorat. fol 41 1.

Lib. 5. Medicinæ suæ.

Hac dictione vtitur I. Iacobus Vecherus Medicus eruditissimus in Versione Alexij.

RADIVS II. SYMPTOMATIS GENVS.

Post Nominis cognitionem, non paruo lumine præcedente, venimus in Notitiam Accidentium, vt demonstratum est: nam Accidentia, quæ sunt vmbræ morborũ à Græcis συμπτώματα dicta sub *Simplicibus Affectibus*, aut *Mutatis Excrementis*, aut *Læsis Actionibus*, considerantur: Et hic est secundus primi Circuli pentagoni clavus, συμπτωμάτων Genera indicans,

 dicans,

dicans, à quibus tendimus in Species: Nam cùm Simplices illi affectus sint *sensuum externorum obiecta*, quintuplicem horum differentiam considerare cõuenit, vt primùm *Audibiles*, deinde *Visibiles*, hinc tandem *Olfactiles*, *Gustatiles*, & *Tactiles* nobis sese offerant, nam certè *Soni*, *Colores*, & *Luminis* microcosmi alterationes, *Odores* ab ægris procedentes, aut ab iis percepti, *Sapores* eorum, *Qualitates Tactui subiectæ*, *asperitas*, *læuitas*, *durities*, &c. exponuntur cogitationi, Postea verò *Substantia*, *Quantitas*, *Qualitas excrementorum*, & *Modus excernendi*: Ac tandem *Sensuum internorum*, & *externorum Motus*, *Pulsus Respirationis*, *Appetentiæ*, *Alterationis*, *Excretionis*, *Nutritionis*, *Accretionis*, & *Generationis deprauatæ*, *diminutæ*, *abolitæ Actiones*, quas sub animalibus, vitalibus, & naturalibus actionibus complexus est Galenus: Hæc enim nos deducunt ad affectus primò, & per se eas lædentes: Hos autem ipso consentiente Galeno *Morbos* appellabimus, hac viâ constituentes eorum *Genera* in *Spiritibus*, *Partibus*, & *Subiectis agentium spirituum*, clauum quartum circulo nostro apponentes. Ne quis autem miretur, quòd hîc Morbos spirituum fecerimus, cùm Claudius Galenus ipse Febrem ephemeram in spiritibus constituerit: imò & doctissimus, & subtilissimus Campanella scitissimè obseruarit id ipsum in Medicinalibus: Hoc enim docet stupidissimum quemque, qui machinarum molarium affectiones considerauerit, ipsa ratio. Quis enim deprauatos motus molæ, aut diminutos, aut deperditos, aut omnes actiones eius in recipiendis, terendis, & excernendis

III. RADIVS SYMPTOMATIS SPECIES.

Lib. de Sympt. differ.

IV. RADIVS MORBI GENVS.

2. de Cris. c. 13.

cernendis ſeminibus(quæ ſunt tanquam earũ ſymptomata,) non videbit frequenter accidere, à diſpoſitionibus mouentibus aquæ, & aëris commoti, quemadmodum etiam à machinæ partibus malè diſpoſitis; imo & à ſubiecto etiam, vt ſi quis ferri, aut alterius materiæ non conuenientis quantitatem tantam iniiceret, vt earum vel ſiſteret, vel deprauaret motum, quod videmus in Corporibus accidere dum illud quod intromiſſum eſt concoctioni omninò reſiſtit, à quo eorum actiones deprauantur, &c. vt omnibus notum eſt: Quare veram hanc Morbi ſedem eſſe ſtatuimus, quæ eſt in *Spiritibus*, cùm ſint Authores actionum, & ſympatheticè cum his concordent. Quis enim in eorum *Solutione* (nam cùm ſint vnitiſſimæ ſubſtantiæ, ab hac maximè diſponuntur contra naturam) & eorum *Oppreſſione*, maximè deprauari, & diminui Actiones non videt? Quis eorum diſſolutione, & ſupreſſione non aboleri? Certè qui hæc non intelligit, ignorare videtur quomodo fiant Actiones, quod hactenus per Metaphoras, & ſimilitudines remotiſſimas videtur explicatum, iis præſertim, qui exiſtimant *ſenſum fieri* per ſolam receptionem imaginum innumerabilium, quæ tanquam in ſpeculo offeruntur Phantaſiæ: cùm ipſæ ſint tantùm media, (in oculis v.g.) quibus motus ad ſenſus fiunt, quorum varietatem apprehendens Imaginatio diſcernit per conſuetudinem rem vnam ab altera: neque enim color hic, verbi gratiâ, ſenſibilis eſt, niſi quia mouet ſpiritum hoc modo, in neruo optico, cui per lumen communicatur;

V. RADIVS MORBI SPECIES.

nicatur; in tenebris enim nihil agit, aut ſupra oculum in paucâ diſtantiâ, quod tamen lumen efficit, vt Neotericus vir quidam egregius in Philoſophicis, & Mathematicis, Gallicè nuper expoſuit in Dioptricis. Quamobrem doctrinam exactam ſenſuum in alium locum reiicientes pergamus, aſſerentes, *Primum genus Morbi eſſe*, *Impedimentum* deprauans, aut diminuens actiones, cuius *ſpecies* erunt *Solutio*, & *Oppreſſio*: *Secundum* verò *Extinctionem*, quæ diuidi poterit, vt ſuprà, in *Diſſolutionem*, & *Supreſſionem*, à quibus *Mors*. Et hæc erunt genera *primaria*, & ſpecies *primariæ* Morborum: Nam cùm Actiones etiam lædantur à prauis diſpoſitionibus inſtrumentorum, quæ *partes* hîc nominabuntur, & cùm id fieri non poſſit, niſi ſpiritibus malè diſpoſitis (nam in mortuo corpore quis lædi dixerit Actiones?) ideo *Secundaria* dicemus *genera* morborum; *Organorum* διαθέσεις παρὰ φύσιν *Tertium* Morborum *genus* conſtituentes, & primum ſecundarium; cùm enim *figura* partium contra conſtitutionem naturalem curua, aut recta: rotunda, aut angularis, &c. cùm *cauitates*, & *meatus* augentur, vel minuuntur, vel pereunt, vel etiam multiplicantur, & in naturaliter ſolidis fiunt, tunc diſpoſitiones in partibus, actiones lædentes contingunt: Item in *ſuperficie* W. Schenkium in obſeruat. lib 5. obſ. 244. &c.
aſperitas, lęuitas; *durities* & mollities; v.g. in oſſibus, cuius non meminit Galenus: itẽ *denſitas*, & raritas, vt accidit in linguâ, & membraneis partibus, morbi ſunt, cùm præter naturã accidant; *tenuitatem*, & craſſitiem
Lib. de m. diff. p. n. ſub nomine Magnitudinis Galenus fatetur

morboſam eſſe,nos etiam ſpeciatim omnem *Longitudinem*,*Latitudinem*,& *Profunditatem p.n.* morbum eſſe exiſtimamus; quemadmodum etiam auctum, & diminutum *Numerum*, ſi diſcreta quantitas conſideretur. *Situm* pariter mutatum, & *cõſenſum* impeditum per coaleſcentiam,de quibus copiosè Galenus. Loco citato.
Ex his,& ſecundariis morbis *Mixtum genus* efficitur, quãdo *ſoluitur cõtinuũ* ab internis,aut externis cauſis; nam & figura,& ſuperficies,& quantitas vtraque, & ſitus, & conſenſus, ſæpiſſimè diſponi contra naturam ſimul,& ſemel videntur. Quare nihil obſtat ſi aliquis *Quartum* Genus velit adiungere quod *eſt in Subiecto*,& *tertiariò*,ſi ita loqui liceat *afficit*, vt *medicamentum* quod purgando deprauat actionem, aut diminuit,& tandem abolet in violentâ hypercatharſi; Item *Gypſum* deglutitum, quod concoctricem facultatem diminuit,aut ferrum:*Stypticum forte* abolens retentricem;Item *Venenum* & *Vapor* vertiginem faciens, imo *Color* flauus in oculo cum figurâ Idearum, relictis aliis coloribus, ſenſum internum ad apprehendendam ſolam flauedinem mouẽs.Sic *Lumen* aliquod maximum, & ſplendidiſſimum actionem viſus non lædere nullus dicet,nec à parte, aut ſpiritus diſpoſitione magis, quàm ab illo accidere. Hæc ſunt igitur Morborum in Methodo rationali vera genera:Hæ veræ ſpecies,

A quibus ſenſim deducti ſumus *in Cauſarum* contemplationem: Nam hæc ſecundaria morborum Genera, hæ ſecundariæ ſpecies videntur plurimùm obtinere de naturâ Cauſarum; cùm Morbi propriè πεντας. AITIA. CIRCVLVS II.

Primaria tantùm esse videantur, si Morbus sit διάθεσις παρὰ φύσιν ὑφ' ἧς ἐνέργεια βλάπτεται πρώτως, vt definiuit Galenus, Quod enim superiùs dictum est; Actio non potest lædi, nisi spiritibus malè dispositis. Nam in Corpore non viuente, non lædi dicuntur actiones cùm nullæ sint, quia nulli spiritus, licet sint Partes, &c. verum est enim quod Agens requiritur ad Actionem, vt supra probatum est. Sed cùm secundaria tanto consensu, & tantâ communione iuncta cum primariis esse videantur, naturam Morbi eadem ratione obtinere quâ causa continens, probante ex Galeno, Langio, proponimus. Quare ad maiorem doctrinæ perspicuitatem dicimus cum Aristotele, Morbum esse *dispositionem* propriè, & *qualitatem*; Causam verò esse *Substantiam* vt scripsit Frambesarius, & quæ *quocumque modo aliquid ad morbi constitutionem confert*, vt definiuit Fuchsius, siue extra, siue intra corpus fuerit, & sic causas à Morbis distinguentes quinario has comprehendimus, vt secundus Pentagoni Circulus constituatur. Quinque enim sunt Substantiæ causæ morborum; 1. *Soluentes* quæ tandem dissoluunt tum spiritus, tum partes. 2. *Opprimentes* etiam ipsos cum partibus, & tandem spiritus supprimentes, & formam partium post extinctionem. 3. *Generantes* causas præcedentes, (has *externas* vocant Medici quia extrinsecus adueniunt.) 4. *Mouentes*, quæ excitant, tum opprimentes, tum soluentes. Denique *Obiectæ substantiæ*, vel Causæ à quibus procedunt morbi in obiecto, de quo supra. *Soluentes* autem sunt, quæ *solutionem faciunt* aut facere conantur

Lib 1. de sympt. different.

Epist. Medic. p. 1. Epist. 15.

Aristot. lib. de prædic. cap. 4.
Framb. schol. Med. disp. 3. de Caus. Morb.
Fuchs. Instit. lib. 3. sect. 1. cap. 2.

RADIVS I.
CAVSA SOLVENS.

conantur vel in *ſpiritibus*, vel in *partibus*; In ſpiritibus eæ ſubſtantiæ maximè, quę ad eorum naturam accedunt: Obſeruamus enim in Vniuerſi contemplatione, ea quæ aliquid ſimilitudinis obtinuerunt, dum ad perfectam identitatem contendunt, excitare conflictus ſæuiſſimos, vt ſcopum aſſequantur. Dicunt Theologi de Spiritibus malis, qui cùm eſſent cum bonis æquales creati, per ſuperbiam ceciderunt, cùm DEO Spiritui ſe oppoſuerunt, obedien- D. Aug. quæſt. 17. ad Oroſium.
tiam ſpontaneam denegantes, vnde dicit Apoſtolus, *τίς συμφώνησις* ΧΡΙΣΤΩ *πρὸς βελίαλ*; Hæc au- 2. Corinth c. 6.
tem vt ſublimiora, & captum Philoſophiæ naturalis ſuperantia Theoſophis relinquẽtes, dicimus ratione præallatâ, aduerſus ignem Mercuriũ inſurgere violentiùs in niue & glacie, quàm Aqua maris cum ſale ſuo: ſic animalia ferri in animalia crudeliori modo, Plaut. in Aſnar.
quã in plãtas: ſic *ἀντιπαθόντας* ſtirpes violentiùs &c. vnde illud: Homo homini lupus, & tritũ dicterium Hemiſtich. *Rara eſt concordia Fratrum*. Ita igitur ſubſtantiæ ſoluentes, & tandem diſſoluentes ſpiritus microcoſmi ſunt *Spiritus maligni*, vt in geſtibus dæmoniacorum apparet, *Halitus ignei*, quales in Clibano, vel fornace apparent, vel excalefactus aër à reflexione Solis, ſub Æquatore, vbi Sol in Meridiano perpendiculariter terit verticem, *in non aſſuetis*, Et hæc extrinſecus adueniunt. Ex internâ autem cõſtitutione halitus, ſiue *Spiritus* 🜍 *excremẽtitij*, *nitroſi*, quos ſi placet *bilioſos* appellabis; nam in flauâ bile excrementa Sulphuris plurima, vt in atrâ plurima ☿ quæ Saturnina eſſe ſuperiùs docuimus, vnde *halitus*

ſiue

ſiue *ſpiritus ☿ excrementitij*, qui conſtant ex extenſo Sale volatili, qui fit ex ſucco mercuriali, adiuncto Sale tartari ſanguinis; Ex earum porrò compoſitione multiplici, & mirabili oriuntur venenati halitus, ſiue ſpiritus *ſoluentes* ſpirituum vnionem, ac tandem, niſi fortiores ſint, vincẽte igne naturæ, *diſſoluentes*. At quemadmodum illis ſoluuntur ſpiritus, ſic etiam *Partes* ab *Igne externo, Corporibus incidentibus, pungentibus, lacerantibuſque ſoluuntur*, quæ imitantur *Lumbrici, pediculi*, &c. ex animalibus internis; & ex mineralibus microcoſmicis *Sal armoniacus, arſenicalis, cauſticus*, cum agant *pungendo*, & *incidendo*, vt de ſalſorum, & acidorum naturâ notat Neotericus ſuprà citatus de Meteoris ſcribens: qui effectus adſcribi nequeũt

RADIVS II. CAVSA OPPRIMENS.

calori, aut frigori, cùm Galeno acida, & ſalſa ſint diuerſiſſimi temperamenti. Hac cognitâ, Cauſâ *Opprimens*, & tandem *Supprimens* ſpiritus, aut partes eſt cõſideranda, in ſecunda ſtatione huius Circuli: nam extra Corpus occurrunt *Aër craſſior*, & nebuloſus, ac vaporibus plenus, qualis circa paludes reperitur, aut ſtagna, aut lacus, mare, &c. & in ſpecubus, quos

In Comm. lib. 1 Epidem.

Galenus χαρωνείους βαράθρους appellat. Ex quibus eſt prope Neapolim *la Grotta del Cane*, cuius effectus notiſſimus eſt: ſic & *Terra Externa*, aut *Interna* Sulphuri impuro, & Narcotico admixta, aut ☿alibus fæcibus *tartareis*: *Aqua externa*, aut *interna*: *Sal diſſolutus* vel *extenſus* in ſpiritum, vel diuerſimodè *mixtus*, vnde *Pituita*, & eius ſpecies, *Salſa* præſertim, *Gummi* Microcoſmi, *alumina, Chylus, ſanguis copioſior*; ſed de mixtione quâ ſingula hęc diuerſa ſunt, DEO iuuante

dicemus

dicemus peculiari *tractatu de Principiis & Humoribus Microcosmi* : Hæc *opprimunt*, & *supprimunt* spiritus: Partes autem opprimunt eadem ferè, sed extrinsecus plurimùm, & primùm accidunt, vt *corpora contundentia*, *comprimentia*, lapides, ligna, metalla, &c. At verò *substantias excrementitias internas*, quæ aduersantur *Igni Naturæ*, & eius spiritibus, *generant* causæ externæ, vel simplices, vt *Elementa* familiaria, Aër de quo suprà, & Aquæ, quarum potus cùm contineant salem vitiosum, & coagulantem, augent humores stypticos, vnde obstructiones, & tandem Dysenteriæ, & alij plerique affectus secundùm naturam aut mixtionem salis, aut oleosæ, & bituminosæ partis, quæ eis innatat aut admiscetur. Et *Alimenta* : tales enim sunt succi in nobis qualia fuerint Elementa, inquiebat Rondeletius, sunt enim salsa multa, Sulphurea alia, & Mercurialia plurima in iis quæ principiis nostris addita, superflua euadunt, & tandem excrementa, & vitiosa, vt accidit in Republica otiosis, crescente hominum multitudine, quod norunt Politici. Has iuuant dispositiones *μιάσματα venenata*, & pestifera ab astris malignis communicata, vel immediatè, vel mediantibus aliis substantiis consanguineis, vel compatientibus in configuratione cœlesti, vnde *contagia* consentiente causâ mouẽte vt diximus *tractatu de causis Luis Pestiferæ*, Et per accidens *res non Naturales*, vt *somnus*, *vigilia*, *quies*, *pathemata* ex cognitione mali præsentis, aut futuri, & hæ dicuntur Causæ Generantes, tertiam stationem secundi Circuli huius Pentagoni

RAD. III.

CAVSA GENERANS.

Aristot. Polit. lib. 7. cap. 15.

RAD. IV. CAVSA MOVENS.

ni ſignantes. Quæ autem excitant, vel eas, vel eorum ſpiritus, vt morbos faciant *Mouentes*, dicuntur ſubſtantiæ, & ſunt vel *Spiritus mali*, vt patet ex Hiſtoriâ Iob, Saul, peſtilentiâ tempore Dauidis, item ex authoritate Theologorum, Iuriſconſultorum, & Medicorum, quos copiosè, cum Sacris Scripturis, PP. & Hiſtoriis citat Martinus Del-rio in Diſquiſitionibus Magicis, ita vt tempus terere, fruſtrà pro rei iſtius probatione differentes, videremur: itẽ *ens Pagoium*, ſiue *cõmota imaginatio*, quæ ſignat infantẽ in vtero: notis ægrè delebilibus, vt notat Paracelſus; & morbos Melancholicorum hypochondriacorum excitat, quorum narrationibus ſcatent Medicorũ & Philoſophorum volumina: De viribus autem eius dicere ſuperſedeo, ſperãs breui in lucem venturum *Tractatum de viribus imaginationis*, quem pollicitus eſt publicæ hominum vtilitati R. P. M. Merſenus, Ordinis Minimorum, in Phyſicis, Mathematicis, quemadmodum & Theologicis Arcanis ſelectiſſimis, & reconditiſſimis Doctor Maximus, ſcriptor puriſſimus, vir humaniſſimus, Lutetiæ à nobis viſus, anno ſuperiore M.DC. XXXVIII. Item *Aſtrales Spiritus*, vel peculiariter in quodlibet indiuiduum ex ſequelâ primæ conſtitutionis agentes: vt enim ſapienter annotat R. Thomas Campanella, *Progreſſus, & fines rerum in principiis latent*, & per conſenſum cum generali conſtitutione loci in quem agunt, vt in peſtiferâ notauimus, in *noſtrâ Parænesi*, in quâ licèt ſufficienter probauerimus, quòd agant in corpora noſtra, & quomodo, ex ſententia Theologorum,

Iob. cap. 2. 1. Reg. c. 18. & 19.

Lib 3. p. 1. q. 4. ſect. 5.

Lib. de vermibus, cap. 12.

Aux Queſtions Phyſiques & Mathematiques, Queſt. 17.

Lib. 2. Medicinal. cap. 4. Art. 1. Pleniùs confirmat Aſtrolog. lib. 2. c. 1. Art. 1.

rum, Mathematicorum veterum, & Neotericorum. Placet tamen hîc addere Aphorismum Rochi Bailliui Riuerij: *Ab Astris*, inquit, *incenduntur corpora quæ aliàs non ægrotarent*. Quod si quis substantias ab Astris fluere neget, is arrepto crystallo conuenienti, collectis Solis Radiis *ignem* sentiat, vel Lunæ *Lacteam humiditatem* frigidissimam, cuius solertissimus D. Brosseus meminit, & obseruet *stuporem* à *Lunæ radiis* lethiferum apud Zacutum Lusitanum. Et vt subiungam aliquid iis quę de imaginatione dicta sunt, tanquam Paralipomenon, dicam per accidens *Substantias spirituales, commotas per pathemata* ex irâ, odio, lætitiâ boni, aut mali præsentis in corporibus nostris, cõcitare spiritus excremẽtitios, à quibus morbi. Pluribus probat Fuschsius in Institutionibus Medicis. Mouent præterea *Spiritus alieni* generati ex *retentione succorum excrementitiorum* in aliquâ parte Corporis, vel *venenati*, & *pestiferi velociores*, cùm tardiores generent tantùm, & non moueant, vt suprà scriptum est. *Substantiæ* verò *obiectæ* sunt, vel *externæ*, vt corpora luminosa, sonora, sapida, odorifera, aspera, dura in excessu, naturæ non cedentia; vel *internæ*, halitus, vt qui vertiginem faciunt, & ictericis omnia refracta colorata, & luminosa flaua ostendunt. Et sic quintâ hac statione completus est circulus Pentagoni secundus.

In Demosterio Aphor. 17.

Liure de la Nature des Plantes, l. 2. chap. 7.

Prax. Med. Admi. obs. 37.

Lib. 2. sect. 6.

RAD. V. CAVSA OBIECTI.

πεντάγ.

ΤΟΠΟΣ. CIRCVLVS III.

Iam *Loca* in quibus Symptomata accidant, in quibus morbi stent, in quibus causæ delitescant, exponere conuenit, cùm hoc ipsum sit ex mente Antiquorum Medicorum probatissimorum, prǽsertim

Galeni, qui de *locis affectis* copiosè ſcripſit. Et reuerà ſi in re militari præcellentis ducis ſit munus, tum pace, tum maximè bello, regionem hoſtium exploratam, planéque cognitam habere, vt rectè notauit Valturius; in Morborum profligatione, qui bella inferunt Naturæ, Medico cum naturâ pugnanti, nonne neceſſariũ fuerit hoſtium naturalis Oeconomiæ deliteſcentium latibula, ſeceſſúſque explorare? Hi autẽ ſunt *Partes corporis*, in quibus *Cauſæ Morbos* faciunt, & *Morbi ſymptomata*, vnde triplex Pars Medico conſideranda venit, *Pars Morbi*, *Pars Cauſæ*, *Pars Symptomatis*; & quia pars omnis Corporis, vel eſt *ſimplex*, vel *compoſita*; ideo earum catalogum ante omnia, præ oculis habere neceſſe eſt, vt dum diſſimilarem conſideramus, ſtatim animus noſter primarum, & ſimplicium, ex quibus componitur, contemplationem maximè neceſſariam non omittat. Ita igitur tertius hic Circulus Pentagoni diſtinctas quinque partes exponet, *Similares* primas, & ſimplices; *Diſſimilarem* ex his compoſitam; *Partem Morbi* quam *patientem* propriè appellare, *Partem Cauſæ*, quã *mittentem* ſæpiſſimè, aut *fouentem*; *Partem* denique *Symptomatis*, quam *Conſentientem* nominare poſſumus. *Partes ſimilares* ſunt quæ in *ſimiles ſibi partes diuiduntur*, & ſunt *os*, *cartilago*, *ligamentum*, *membrana*, *fibra*, *caro*, *cutis*, *adeps*, *vngues*, *pili*, quas omnes Galenus in diuerſis locis agnouit, queis rectè Laurentius adiunxit *humores oculorum*, & nos *cuticulam*; nam reuerà in alterius naturæ partes diuidi minimè poſſunt: cùm autem *venæ*, & *arteriæ* ex *fibris*, & *membranis* compo

Rei Milit. lib. 7. cap. 2.

I. RAD. PARS SIMILARIS.

Comment. in lib. Hipp. de nat. hum. lib. 1. de Elem. c. 6.

Hiſt. Anatom. lib. 1. cap. 20.

componantur, vt ipſemet Galen. agnoſcit, compoſitis adiungi debent; & *nerui*, cùm iam citatus Laurentius, & αὐτοψία declarent hos interiori ſubſtantiâ eſſe *medullosâ*, & exteriori *membranosâ*, non poſſunt eſſe non diſſimilares: Propterea Anatomici diſſimilarium partium diuiſionem afferentes, has collocarunt inter *partes, quæ à principibus oriuntur*; & certè *Nerui cerebrum* (vt ita loquar) quaſi per vniuerſum corpus deferunt, vt ſit tanquam *curriculum ſpiritus Animalis*, quemadmodum *Sanguis purior, Vitalis* per Arterias, & *craſſior, Naturalis* in *Venis*; Nam, vt iam ex ſuperioribus patet, prima ſedes facultatis naturalis eſt in *Ventriculo*, vbi primùm *concipiuntur Spiritus naturales*, qui in *Hepate excluduntur*, & in *Corde perficiuntur*, vt euadant *vitales*, *animales* autem concepti in *Liene* in *Cor* delati excluduntur primò in eo, deinde in *Cerebrum* per arterias delati abſolutiſſimi ad ſenſum, & motum redduntur. Et ne deſit etiam *vitalibus* vltima præparatio, *Pulmonem* fecit Natura, qui ex ſanguine in dextro ventriculo attenuato, in quo iam conceptus eſt, hunc educit, & per Arteriam venoſam Cordis ventriculo ſiniſtro reſtituit, vbi plenitudinem poteſtatis acquirens, vitam toti corpori tribuit per *arterias* delatus: In hoc ternario igitur perfectio omnium ſpirituum per circulationem, cùm ſanguis perpetuò hac via etiam centies in Corde quotidie rectificetur. Hinc præclara illa magni Ariſtotelis doctrina *Vnius principij*, & in quod omnes facultates concurrunt, & *vnius Partis principis*; quam ſequitur non ſolùm Auerroës Philoſo

Lib. de inæqual. intemper. 2.

II. RAD. PARS DISSIMILARIS.

Loca cõceptiua exclusiua & perfectiua ſpirituum.

V. Heruæum de motu Cordis.

1. de partib. animal c. 7. & 10. Lib. 2. collect. Lib. 1. de animal.

loſophus Mauritanus, ſed etiam Aphrodiſæus. Imo & huius author videtur Hippocrates, his verbis plus quàm auro dignis: Ἀρχὴ δὲ πάντων μία, καὶ τελευτὴ πάντων μία, καὶ ἡ αὐτὴ τελευτὴ, καὶ ἀρχή. Cùm verò exaltetur in capite vbi eſt ſedes animæ, decima & glorioſa domus corporis noſtri, eidémque coniungatur: Hinc fit, vt ab eâ procedere videatur, cùm ibi potentiores edat actiones. Sed quemadmodum Solis præſtantiores effectus non ſunt in Horoſcopi lineâ, licèt excellentiſſimi, ſed in lineæ Meridiani circuli puncto; ita & Animæ in capite, non in corde, hinc etiam *poriſma* illud oritur, *ieiunium* ſpiritus *acutiores*, & mentem meditationis capaciorem efficere, cùm ſcilicet per continuam & *iteratam circulationem*, ſanguis *ſubtilior* fiat, & depuratior in arteriis, & ſpiritus in eo, & ab eo in cerebrum tendens. Hinc quòd ſpiritus Animalis ſublimior reliquis ſit, quia præparatus magis, & attenuatus *triplici* copulatione cum ſanguine venoſo eductus, in liene, in corde, & in capite: in his tribus enim locis *venarum, & arteriarum communicationes* fiunt admirabiles. Quare partes præcipuas eſſe putamus corporis, *Hepar, Cor, Lienem, & Cerebrum*, ſine quibus etiam *fœtus in vtero* vitâ animalis viuere non poteſt; *Extra vterum* verò duæ accenſentur, *Ventriculus*, quòd tunc chylificatio neceſſaria ſit, & *Pulmo* quod aëris attractio per os accedere debeat ad rudiorem materiam elaborandam, cùm elaborata deferretur antea ex venis, & arteriis *maternis*, vnde Cor non mouetur *fortiter* ſicut in natis, vt patefaciat motum manifeſtum,

ſtum, mouetur tamen motu *proprio*, ipſo etiam obſeruante Galeno, ſanguine dilatante ſe in calore ventriculorum eius, aliàs non viueret; vnde notante Græcorum Philoſophorum, & Medicorum lumine mirabili, Arteriæ in fœtu mouentur, *vmbilicalibus arteriis* etiam *ligatis*, dum in vtero exiſtit, at non *venis* laqueo exceptis, imo aſſerit loco citato Cor dilatari, & diſertè cum eo arterias, ſcribens de fœtus formatione; His etiam *Teſtes*, vbi natus adoleuerit adiiciuntur, conſentiente Galeno, ex Interpretum concordiâ, ſi Principum partium catalogo adſcribantur, cùm id accidat ob Speciei conſeruationem. Hinc facultatum *ἀγγεῖα deferentia*, Venæ, Arteriæ, Nerui, & *ſpermatica Vaſa* tum præparantia, tum eiaculantia: ac in *mulieribus* Vterus: Et quia *excrementitias* partes Elementorum, quas Matrices Principiorum eſſe diximus, euacuari neceſſe fuit; Ideo conuenientia *parenchymata his attrahendis, & ſeparandis* data ſunt; Hinc factum eſt, vt glandula pituitaria exceperit recrementa *Cerebri*, quæ membranarum eius beneficio expelluntur, vt in ſternutatione, & ſpuitione conſpicimus: Sic Pulmo attrahendis, & ſeparandis impuritatibus *Pectoris*: Pancreas, & glandulæ Meſenterij ſulphureis & ſalſis *ſecundæ digeſtionis*, vt etiam Renes, quibus omnibus adiuncti ſunt *canales ad expulſionem*; Glandulæ pituitariæ, *meatus palati*, Pulmoni *Aſpera arteria*; Renibus, *vreteres*, *veſica*, & *vrethra*, Glandulis Pancreatos, & Meſenterij, *inteſtina*. Quinetiam attrahendis, & ſeparandis impuritatibus *particularibus* datæ ſunt in diuerſis aliis *locis Glandulæ*,

Lib. 7. de vſu part. cap. 22.

Lib. 6. de vſu part. cap. 21.

Lib. cit. cap. 9.

Lib. Artis paruul.

dulæ,præſertim verò *ſanguine redūdantibus*,& vligino-
Lib. de Glandulis. ſis , vt notat Hippocrates, ὅτω πλάδ@ οὐκ ἔνι ἐν τῷ
σώματι. Sunt autem in *Collo* , in *Alis* , in *Inguinibus*,
circa *Aures*,in *Articulis* , in *Mammis*, vt attrahatur ſu-
perfluus ſanguis , qui tandem ſecernitur, vt notum
eſt. At *ſenſibilibus motibus* Natura *peculiaria Media* in-
ſtituit, *Oculos*, *Aures*, *Naſum* internum, & externum;
Linguam, & *Palatum*,*Ventriculos* in Cerebro , & *diuer-
ſas partes* reuocationi ſpecierum inſeruientes , qui-
bus adiuncta ſunt *instrumenta ſimilitudine* , & ſympa-
theiâ cum *Teſtibus externis* ad Generationem con-
Lib. de Myſticâ cerebri Anatom. cap. 5. ducentia , ſicut optimè Robertus Flud Medicus
Oxonienſis admonuit.*Motui* item *muſculos*,*articulatas*
cum ſuis *ligaminibus compagines*,& *diſtinguentia inuolu-
cra*;Cerebri *meninges*, *Diaphragma* , *&* *Peritonæum* , ex
quibus & multis particularibus aliis , cum his con-
tentis componitur Machina Microcoſmica. Iam
quomodo in his tam ſimilaribus,quàm Diſſimilari-
III. PARS MORBI. bus ſe habeat *Pars Morbi* videamus : Profectò cùm
ex Morbis ſecundùm genera,alij ſint primarij , alij
ſecundarij ; & in ſpiritibus ſint *priores* ; loca eorum
neceſſe eſt in ipſis *Locis Spirituum Conceptiuis*, *Excluſi-
uis*,*Perfectiuis*, *&* *Diffuſiuis*, (ſi ita verè,vt parùm Lati-
Rad. 5. Pentag. v-niu. Et Rad. 2. huius Circuli. nè loqui liceat) de quibus ſuprà ; nam in his ſpiri-
tus ſolui , & tandem diſſolui ; opprimi , & tandem
ſupprimi, in morte,conſentaneum eſt. At verò cùm
Secundarij ſint in *partibus* ; quæcumque partes ſiue
ſimilares, ſiue ex ſimilaribus compoſitæ,præſertim
verò vltimæ, quarum *ſubſtantia*, *quantitas*, *qualitas* , *ſi-
tus* , *conſenſus* à Naturali ſtatu recedunt , ſunt ſedes
Morborum

Morborum ſecundariorum, ſiue ſimplicium, ſiue mixtorum, in quibus continuum ſoluitur, de quibus ſuprà. *Cauitates* porrò, & *Meatus* loca ſunt præſertim Morborum *Obiecti*. *CAVSÆ* verò *Partem* eam eſſe neceſſarium eſt, in quâ malignus vapor ex impurâ materiâ naſcitur, & vbi illa reſidet, vnde *parenchymata*, & *glandulas*, & his *vicina*, aut *circumiacentia loca* dicimus eſſe præcipuas *ſedes Cauſarũ*, cũ ſuperfluitates attrahant, vt & *Loca excretionibus dicata*, cùm in iiſdẽ retinentur; de his autem ſuperiùs. Verùm nec *Spiritus malus*, nec *Planetarum* malignus *certas ſedes* obtinent inter Mouentes cauſas, nec *Externa*, nam etiam ipſa Alimenta modò in Chyloſi, modò in Hæmatoſi generant impuros, & ſuperfluos ſuccos, quemadmodum & à ſpiritu commotus *Sanguis*, aut eius pars *extra vaſa* proſiliens, vt in Pleuritide, & aliis inflammationibus, aut *in vaſis*, præter naturam retenta. Hinc quæ ſint *partes Symptomatum*, non eſt dictu difficillimum. Affectus ſimplices enim in *Senſuum Organis* apparent potiſſimùm; Excrementorum autem vitia *in Emunctoriis* excrementorum, quorum Hippocrates Catalogum deſcripſit hâc ratione vt ſint, ςόμα κοιλίη, κύςις, ἄλλα ἄρθρα, ſub quibus comprehenduntur *Aurium foramina*, *Narium*, *Podicis*, *Emunctoria Alarum*, *Inguinum*, & *Pori Cutis* denique, quorum meminit ſub nomine τοῦ ἱδρῶτος. Actiones porrò læſæ, in *Conſentientibus partibus* facultatum, *Arteriis*, *Venis*, *Neruis*, *Muſculis*, & *Organis Senſuum*, *Carnibus attrahentibus*, *ſeparantibúſque*, *vaſis expellentibus*. Et vt paucis dicam, *in omnibus Corporis*

IV. PARS CAVSÆ.

V. PARS SYMPTOMATIS.

Lib. de dietâ Acut.

CIRC. IV. ΣΗΜΕΙΑ. πενταγ.

partibus, cùm ex Hippocrate ſint ξυμπαθέα πάντα, Quamobrem ad *Signorum Circulum* veniendum, qui Pentagoni *quartus* eſt: Optimum enim eſt vt Cous ille ſenex dicebat, τὸν ἰητρὸν προλέγειν τά τε παρέοντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι παρὰ τοῖσι νοσέουσι. Quamobrem hanc cognitionem κατ' ἀνάμνησιν, vt ſæpè diximus, ex primâ & iam habitâ contemplatione exprimere conuenit. Hæc autem verſatur circa *Symptomata*, *Morbos*, *Cauſas*, & *Partes*, de quibus ſuprà dictum eſt; *Symptomatum* autem ſigna habere minimè conuenit, cùm per ſe oculis offerantur: σημεῖα enim, quemadmodum Author libri Definitionum loquitur, talia ſunt, *vt his cognitis, aliquid quod nobis erat ignotum, deprehendamus*: ideoque *Morbus*, qui nobis ignotus eſt, Signis opus habet, & *Cauſa*, quæ nobis pariter incognita; Et *Pars* in corpore latens: Quia verò τὰ μέλλοντα cognoſcere ſplendor Artis, & Fiducia ægri, & prouidendi ſtudium, ac vulgaris infamiæ vitandæ cautela, monent, ac quodammodo cogunt; ideo *Euentus* ſigna diſquirere, *Temporiſque* illius oportet.

I. SIGNA MORBORVM.

Hinc Quinarius penultimus Stellæ noſtræ, qui vt illuſtrior euadat primùm *Morborum Signa* conſiderabimus, quæ nulla eſſe poſſunt certiora, quàm *Symptomata*, quæ dicente Galeno, morbos ſequuntur, οἷον σκιαί τινες. Quid autem corporis non viſi certius iudicium præbere poterit, quàm *vmbra*, quâ abſente, ne quidem corpora vlla videremus: non poteſt enim vmbra corporis alicuius apparere ſine lumine; lumen autem in oculis noſtris, & figuras,

&

& colores exponit; eius autem diminutio, vel absentia totalis, vmbra eſt. Quamobrem, qui exactam Morborum cognitionem habere volet, is Symptomata cognita priùs habeat, nec ſolùm quatenus conſtituunt τὸ εἶναι νοσολογικὸν, ſed quatenus ſigna ſunt ſpecialia ſpecierum morboſarum. Igitur primùm, *Affectus ſimplices* exactè dinumerare conuenit, *Colores, ſonos, odores, ſapores, calorem, frigus, humiditatem, ariditatem, raritatem, denſitatem, leuitatem, grauitatem, duritiem, mollitiem, tenuitatem, craſſitiem, lentorem, friabilitatem, aſperitatem, læuitatem*, in ſingulis partibus, quarum *cauſas*, & *adaptationes*, vt etiam *varietates excrementorum* accuratiùs conſiderabimus, σὺν ΘΕΩ, libro *de Principiis*. Nunc *ſanguinis* effluentis, vel per *nares*, vel per *hæmorrhoides*, *vel per vterum*, *vel per alias partes*, *Excretionum* τῶν ἀποχωρημάτων, *Vrinæ*, *Seminis*, *Muci*, *Sordium ex auribus*, *Sudorum*, *Puris*, *Animalium*, *aut Calculorum*, *ſubſtantiam*, *quantitatem*, *qualitatem*, *compoſitionem*, & *excernendi modum* perluſtremus, imo *tempus*, & eius *quantitatem*, mouentur enim ſucci in corpore, alij tardiùs, alij celeriùs, vt in Tertianis, & Quartanis febribus perſpicuum eſt; id autem aſſequemur non ſolùm viſu, & coniecturâ, ſed etiam experimentis, deſtillatione, calcinatione, pondere, menſurâ, tempore; nam ſic *principiorum quantitas* cognoſcitur, dum *tempus fumi*, qui eſt effugientis Mercurij, & *ignis apparentis*, qui ſulphuris; *pondere* autem calx, & terra, vt etiam ſal per mediam *Diſſolutionem*, innoteſcunt: in omnibus autem ad perfectam cognitionem *comparatio* neceſ-

ſaria eſt,& in talibus ſic oportet philoſophari; quod Sanctorius cœpiſſe videtur in Staticâ Medicinâ: nam mirabilia ſunt in excrementis, quæ ſi quis intellexerit, nō parum in Curatiuâ Medicinâ valebit: Sunt enim ipſa ſæpè morborum ipſorum remedia quod in *ſelectis noſtris cogitationibus* aperuimus,& quod etiam infrà repetemus. Tandem *Actiones læſas* perpendere ſolertioris eſt indaginis, neque enim ſolùm Naturales, Vitales, Animales,& generationis Actiones in genere ſufficit contemplari, ſed particulares quaſque in ſingulis Organis, habitâ quadam præſertim coniecturâ quærere. Quod cùm prolixioris ſit operis hîc omittimus, hanc Exegeſim reiicientes in *Praxim huius Artis*, & ſingulos affectus, quorum Nomina hactenus ab initio ſcriptorum quorumcumque, etiam vetuſtiſſimorum, peruenerunt in notitiam noſtram: ſi DEVS vitam, ſanitatem, & commoda nobis ad tantum opus largiatur. Sin minus, aut interim qui volet legat, quæ de iis ſcripta ſunt à Duncano, Liddelio, Scoto in Inſtitutionibus; is enim meâ quidem ſententiâ methodicam eorum tractationem proſequutus eſt.

II. SIGNA CAVSARVM.

Ego iam ad *Cauſarum ſigna* venio,quæ certè potiſſimùm educuntur ex Medici cum ægro, & circunſtantibus *colloquio*,& argutis interrogationibus,quod notauit Bertucius Bononienſis, Medicus olim præſtantiſſimus,licèt barbarus ſcriptor, tractans de Informatione Medici: ſic enim loquitur: *Nam ita præſentia non ſolùm, ſed & præterita cognoſcere poterit*, quod ſuadet Hippocrates. Præter hæc conſiderabit

Collect. cap. 2.

Elemen

Elementorum constitutionem, in *illo Cœlo*: item *Soli* & *Aquæ*, ex quibus morbi plurimum oriuntur, & Hominum Natura alteratur: vnde de illis ex professo scripsisse videmus Hippocratidarum principem. Quin etiam *Cœlestum coitus*, *& configurationes*, tum *generales*, tum etiam *particulares*, propter allatas rationes, superiùs examinare conuenientissimum fuerit, præsertim in *Epidemiis*; nam vt idem egregiè scribit, nunquam satis laudatus, Græcæ Medicinæ Instaurator, αἱ μεταβολαὶ, τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα, &c. quæ si placet, legere studiosus istarum rerum poterit: nam principia exaltantur in diuersâ constitutione Solis in Eclipticâ, & reliquorum syderum circa eam, vt notauit Ptolemęus cum Hermete, Manfredus, Hasfurtus, Mizaldus, & R. Campanella, cum multis aliis, de quibus dictum est. Et ex iisdem, alij morbi sunt Martij, alij Saturnini, alij Mercuriales, &c. quæ percipiuntur ex *Directionum*, *Reuolutionum*, *Profectionum*, *& Transituum locis*, & *cognationibus*, vt exemplis ostendit Franc. Iunctinus Theologus, & Astrologus excellentissimus. His quicquid *Sensus quinque* in exegesim vocati, offerre poterunt ex superioribus colligendum, quemadmodũ & *rerum non naturalium* catalogus, *Lineæ* pariter in *manibus* aut fronte, constitutionem partium, ex vi primi spiritus formatoris corporis, & *næui*, secundùm suos colores, vt etiam *vngues* causas non obscurè declarant, quod fusè docuimus in *Physiognomicis nostris* Philosophicis. *Somniorum* vim hîc addamus, quam cognouit, & probauit Hippo-

Lib. de aëre cor. & aquis.

Lib. 3. Aphor.

1. Tom. Specul. Astr. in tetrabibl. Ptolem.

crates, laudauêre, & interpretati ſunt Syneſius, Albertus Magnus, & Doctiſſimus Augerius Ferrerius, in tractatibus ex profeſſo conſcriptis. Ad hæc, ex *conſenſu Solis, & Ignis naturæ Motum principiorum, & ſuccorum* ex his compoſitorum coniungere neceſſe eſt, quem iam aliquot ante Galenum annis, Soranus Epheſius obſeruarat, cuius Circulum nullus Interpretum, quod legerim, explicare voluit, causâ, vt coniicio, minimè perceptâ: tãtùm enim ipſi fatentur conuenienter cum XXIV. Horis, quattuor, quos vocant, humores ſeorſum commoueri: *Sanguinem* ab horâ noctis IX. ad horam Diei III. *Bilem flauam*, ab Horâ Diei III. ad horam diei IX. *Bilem atram*, ab Horâ diei IX. ad Horam noctis III. *Pituitam*, denique ab Horâ noctis tertiâ, ad Horam noctis IX. Quod certè à vero non videtur alienum; nam tanto conſenſu Ignis naturæ, qui in nobis eſt, cum Igne centrali Terræ: & ignis ille centralis cum Solari conſentit, vt id, hâc Sorani, & noſtrâ, ſi velimus, obſeruatione confirmetur: dum enim Solem horâ nonâ noctis ſcilicet, *Ignis ille* in procinctu eſſe deprehendit, exultat, & *ſpiritus eius* confortari incipiunt temperatè, ita vt nec vehementiùs augeantur, nec *ſpiritus in impuro ſulphure accenſi*, ſi qui ſint, cùm eodem motu ferantur: (Nam ita œconomia naturalis comparata eſt, vt bonæ plantæ aduerſaria naſcatur proxima, & ſic in aliis multis accidat, cùm tamen vtraque eodem tempore creſcat, floreat, ſemina effundat, & tandem marceſcat. Sic de ſpirituum naturâ; de quâ fuſiùs in *ſelectis cogitationibus*

noſtris)

noſtris,) nec etiam *ſalſi ſpiritus* opprimere, aut opprimendo, vel ſoluendo *turbare* ☿ ales *poſſint*, ſed omnia moderata ſunt, & ſanguinis circulatio fit pacatè defluens à venis in arterias, æquis interuallis, per Cor, vt dictum eſt, non aliter ac fluuius,

——— Tacitis qui leniter vndis
Cæruleus, placidis per vada ſerpit aquis.

Verùm dum circa horam diei III. ſuam cum Sole coniunctionem contingere præſentit, in Meridiani circuli puncto, tunc augentur vires ſpirituum eius, & ſulphureorum impurorum pariter, vnde ſulphureæ partes ſanguinis mouentur, nec ſubacta vis ſalis, & matricis eius quicquam poteſt, aut volatilis ☿ us pſeudenantio motu inſurgere, niſi dum eius vim minui, cum Sole in occaſu ferè percipit, horâ diei IX. tunc enim cum Saturninis viribus accedit pugnaturus, circa Domum mortis, & ſeptimam fortiùs. At vbi horâ noctis tertiâ ſeparatus omnino per intermediam terram, igne naturæ ad intima recurrente, ſalſi ſpiritus, & vires Lunares opprimentes, & Aquæ mouentur motu diffuſo, per partes à centro remotiores, ad centrum nihilominus tendentes, quæ vitioſis partibus enatæ, ſuppreſſionem ſpirituum puriorum, & ignis Naturæ moliuntur. En Graphica, ſaltem prima motus huius explicatio. Quantum verò conferat ad Cauſarum cognitionem ingenioſus quiſque facilè percipiet. Supereſt vt vltima ſigna cauſarum apponamus, cùm enim *à Cacodæmonibus* fieri morbos dixerimus, quâ ratione dignoſcet hos Medicus? Profectò quamuis Baptiſta

Lib.3. de Morb. venefic c.13.

tiſta Codronchus multas *actiones læſas* deſignet, ex quibus ſi non omnibus, ſaltem quibuſdam vult innoteſcere maleficium, nihil video tamen, quod ſit verè pathognomonicum, præter *ſenſum flatus frigidiſſimi* ventrem permeantis, & citò redeuntis, aut *vaporis inſtar flammæ* ignis calidiſſimi ſimili modo Energumenum infeſtantis, adiunctis iis ſignis, quæ deducit à causâ morbi, externâ ſcilicet, impropriâ & remotâ, vt ſunt *maledicta, minæ, amores intenſiſſimi, odia magna, & extrema, inuenta inſtrumenta maleficij*, & cum iis *ſcientiarum*, aut *linguarum* priùs ignotarum notitiæ. Sed hîc *Experimenta* maximè laudantur, ex *hyperphyſicis, & phyſicis* deprompta. Vt enim de phyſicis

Serm.13.c.119.

loquar, idem Codronchus meminit *ſuffumigiorum fortium*, verbi gratiâ, ſulphuris, & ſuffimenti Berenices Aëtij: Et verè hoc docet Hiſtoria Tobiæ, &

Lib.2.de 5.eſſ.2.p. Sacerdotalis tract. de Exor. cap.30.

Lullius *Hypericonis* ſuffitum probat: Sammarinus ſcribit eum qui *Carnis hædinæ* eſum per XXX. dies ferre non poteſt eſſe Dæmoniacum. Verùm *Hyperphyſicum* eius præſtantius videtur ad detegendum Aduerſarium (nam שטן apud Hebræos nihil aliud magis ſignificat) dum ſcilicet admoniti nolunt dicere Pſalmum *Miſerere mei DEVS*, vel *Qui habitat in adiutorio*, &c. vel Euangelium, *In Principio erat verbum*, &c. ſimilia Sancta. Cùm enim in his veritas

Ioann 8.

ſit, in Diabolo verò minimè, vt dixit Dominus, cùm ipſe ex propriis loquitur, & mendacium loquitur, quomodo poteſt illa proferre? profectò docet Euangelium Cacodæmonem ſcripturas nonniſi peruersè, & conuulsè citare; in hac re conſentiunt hi-

ſtoriæ

ſtoriæ plurimæ. Tremit præterea Satan ad *Sacra Nomina.* Hoc nos monuit Neilus Epiſcopus ſic ſcribens, ΘΕΟΣ ὀνομαζόμενος φυγαδεύει τοὺς δαίμονας. Et quemadmodum ſcribebat Apoſtolus ad Philippenſes, de Saluatore noſtro: DEVS exaltauit illum, & donauit illi *Nomen* quod eſt *ſuper omne nomen*, vt in nomine IESV omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & *Infernorum:* In Paræneſi.

——— torquetur Apollo
Nomine percuſſus CHRISTI, nec fulmina verbi
Ferre poteſt, agitant miſerum tot verbera linguæ,
Quot laudata DEI reſonant miracula CHRISTI.

Sic canebat Prudentius Poëta pius, & clarus. Quamobrem non miror, ſi ad deprehendendum Energumenum *ſchedulam* aliquam ſacra DEI nomina continentem, vel quid aliud ſacratum latenter ægro applicent, vt dicit Codronchus, & ad ea tremere æger, & horrere incipiat, ac præ dolore multos motus etiam inconditos edere, multáque inuſitata dicere, & facere. Vnde & Exorciſtas hîc plurimùm valere non dubito, quorum ordinem in Eccleſiâ, iam ante 1300. annos ſeruatum fuiſſe probat ex Conciliis, & Patribus ſufficienter Martinus Del-rio Theologus, in Diſquiſitionibus Magicis. Ex iſtis igitur, quæ ſint Signa Cauſarum perſpicuum eſt. Partium Affectarum τεκμήρια diſquiramus. Galenus, *Actionem læſam, Excrementa, Doloris proprietatem,* & *propria conſiderat Accidentia,* nos βαττολογεῖν nolentes vno verbo, *ſymptomata* conſideramus, in quibus ſunt *Affectus ſimplices*, qui conſenſum partium explicant:

Locis citatis.

Diſquiſit Magic. lib. 6. c. 2. ſect. 3. Quæſt. 3.

III. SIGNA PARTIVM.

Lib. περὶ ἀφόρων.

Sic enim ex Hippocratis obſeruatione ἐφήλιν ἐπὶ τοῦ προσώπου, huius ſcilicet partis, quæ eſt περὶ τοῖς ὤψι, *circa oculos*, frontis nempe conſenſum habere cum *ore ventriculi*, cuius rationem explicuimus ex Harmoniâ Cœli & Hominis *in Phyſiognomicis* nouis, & pulchris rationibus, dum *de Næuis* diſſeruimus, quorum doctrina huc pertinet. Sic ex loco proximo huius citationis, mutata oculorum albedo, *oculos* cum *matrice* conuenire ſignificat ex *anatome*, adiunctâ *cœleſti contemplatione*, ſine quâ rationem peculiaris fœderis inuenire non poſſis in multis, vt *gingiuarum*, & *lienis*; *malarum*, & *pulmonis*, de quibus tractatu noſtro prænominato diximus. Ex iis etiam ſunt *Excrementa*, quæ cum excernendi modo ſecundùm diuerſa corporis emunctoria conſiderauimus attentiùs in ſuperioribus, ita vt non ſit difficile, quid ex iis ſignificetur intelligere. Idipſum de læſis actionibus dicimus, cùm & partes in quibus fiant, & iis conſentientes luculenter expoſuerimus; quod ipſa confirmat corporum ſectio, pluribus autem conſenſus eiuſmodi actionum, & partium Sanctorius Medicus, & Philoſophus nuper expoſuit, quem conſulant, qui praxeos noſtræ ſpem tantum poſſidebunt, dum naſcentis eius fructus expectare cogentur. Ego Galenicorum ſignorum catalogo, *Experimenta Chirurgica*, & *Pharmaceutica* adiicienda cenſeo; nam ad διάγνωσιν maximè conferunt. Quis enim neſcit ex conſideratione ſoni rauci, ex ſtridore dentium, filum extremum diſtentum tenētium, dum percutitur, aut ab iis nodus paleæ teritur; his inquam,

In Meth. vitand. errorum.

Sub his ſunt *innātia*, & *nocentia* cōſiderata, quæ & cauſas oſtendunt.

inquam, experimentis, quæ chirurgica, quòd manu fiant, appello; quemadmodum Encausti linamenti, ex mastiche, nigredine, locum fissuræ cranij in vulneribus capitis dignosci, quod Guido Caulianensis noster, Chiriatros Monspeliensis laudatissimus annotauit. Sic quod ad exanthemata à pulicum, & cimicum morsibus distinguenda ex farinâ lupinorum, & oxymelite descripsit CL. V. D. Pancratius Marcellinus Collegij Medici Lugdunensis nostri Decanus Reuerendus, doctrinæ, & amicitiæ causâ nobis colendissimus. Nã *per ea simplices Affectus patet*, & per simplices affectus *læsæ Actiones*, quę verę *umbræ morborum*, quemadmodũ dictũ est; hinc specula oris, matricis, cauteria, &c. instrumenta chirurgica. Hinc emplastra, potiones, suffitus probatorij, & similia ex officinis Pharmacopæorum, quæ suis quæque locis in *Praxi speciali* disposita maximo Medicorum commodo proponentur. Licèt autem inter affectus simplices recensere potuissem ea, quę ex chiromantiâ ad partium cognitionem conferunt, *vt linearum* rubor, verrucæ, separationes, &c. *montium planet.* eleuationes, depressiones, colores, &c. placet tamen separatim hæc considerare, & aliquot de causis experimentis subiicere, vt possimus ex consideratione lineæ capitis, affectus capitis considerare, ex Hepaticâ hepatis, ex vitali cordis, & ex reliquis vt etiam plagis, & colliculis notitiam peculiarem ad partem inuestigandam obtinere; hæc autem fusè descripta sunt in *Physiognomicis nostris*, quibus adiungere licebit obseruationes Coclitis, Corui, Cocle-

Chirurg. tract. 3. Doctr. 2. cap. 1.

Traicté de la peste, ch 3.

nij, Riuerij, Flud, & ſimilium, qui inter cæteros, meâ quidem ſententiâ de chiromanticis acuratiùs ſcripſerunt: quomodo ſe habeant autem ſigna chiromantica, cum ratione phyſicâ libro noſtro citato docuimus, ita vt prolixiori non ſit hîc opus oratione, quâ moneamus chiromantiæ noſtræ prorſus abſimiles baſes eſſe ab iis vulgaris iſtius nugatoriæ, cuius aniles fabulæ, & ſuperſtitioſa decreta meritò reiiciuntur à Theologis: Noſtra ex Anatomicæ, Phyſicæ, & Aſtronomicæ doctrinæ placitis producitur, à nullo quod legerim, hactenus ſic tractata.

Onomatomantia. Hîc adderem diuinationem illam, quâ quidam ex *numeris litterarum*, *propriorum nominum* coniiciunt, & verè ſæpiſſimè, vtrùm quis in *dextra* vel *ſiniſtra* laboret clauditate, oculorúmve orbitate? niſi vanitati res foret proxima; quid enim *dextra* pars cum *imparibus numeris*? vt ab iis eius læſiones ſignificentur, aut quid *læua* cum *paribus?* id tamen inuentum Pythagoræ dicit Plinius. Non poſſum hîc, quin dicam (vt

Lib. 28. cap. 4.

nihil relinquatur) cognitionem partium in Energumenis affectarum à Cacodæmone, ex *actionibus læſis* obtineri ſicut in aliis affectibus, quemadmodum copioſè docet Codronchus locis allatis, quæ à curioſis, aut generalia minus intelligentibus legi poterunt.

IV. SIGNA EVENTVS.

Ad Signa futurorum tranſeo, quorum quædam *Euentum* præſignificant: Venantur hunc Prudentiores Medici ex libratione, & comparatione *virium naturæ*, & *virium morbi*: nos autem ex ſuperioribus eas eſſe *Spirituum ignis Naturalis* centralis microcoſ-

mici

mici, & *Spirituum ſoluentium*, aut *opprimentium*, vt etiam *ſubſtantiarum corporearum* comprobauimus. *Iſtorum* igitur ἰσχὺν perpendere liceat, ex *causâ Aſtrali*, *Elementari*, *ſymptomatum magnitudine*, *ſpeciei obſeruatione*, *&* *affectæ partis dignitate*, vt violenta, Martia, ſulphurea, cum inſolentibus phænomenis, excrementiſque, & actionibus læſis pluribus, vſu, aut neceſſitate commendatiſſimis, in quibus vt etiam Saturnina, ſalſa, & Mercurialia ſunt periculoſiſſima. *Priorum* verò vim ex *contrariâ* prædictorum *conſideratione* deriuare conueniet; ita vt cum leuiſſimis accidentibus in parte ignobili, ſalſa præſertim, Lunaria, aut Saturnina vix quicquã efficiant, maximè ſi nec eo anno *Eclipſis* in *horoſcopo*, aut *hylegiali* loco, qui vitam ſignificat, nec *loci prædicti directio*, vel *profectio* venerit ad *radios infortunati Planetæ partiliter*, nec infortunia *coniungantur* in *Aſcendente Radicis*, aut *reuolutionis*, aut *loci hylegialis* prænominati partiliter, non interuenientibus ſcilicet *Iouis*, *&* *Veneris benignis aſpectibus*, qui hos σχηματισμὺς emendare poſſunt, aliàs enim interitus periculum eſt in procinctu, ſi *tamen Luna* non in loco maleficorum Radicis, aut in quadrato, aut oppoſitione eorum, grauiſſimè laboraret tantùm, & cum aliquâ ſpe, vt etiam ſi eo tempore ad nullum beneficum locum Eclipticæ perueniret *Horoſcopus*, vt ex Ptolemæo, & Albumazare notat Collimitius Tanſteterus, cum ipsâ quam affert experientiâ. Is vult præterea *Medicum aſtraliter ab ægroto non diſſentire*, vt ſecundùm mentem Hippocratis, Medicus ſuo fungatur officio: ſed de iis (In Canonibus Aſtronomicis.) (1. Aph. 1.)

aliquando copiosiùs. Cùm autem de Astrologicis dicamus, non incongruum fuerit, cùm præsertim huc Hippocratem vocauerimus, *locum Lunæ in Zodiaco*, siue signum in quo collocata est, considerare, secundùm præcepta libelli, qui scriptori illi Coo celeberrimo tribuitur, & quem Hali Arabs Latinis tradidit, cùm in Græcis eius operibus nō extet; Edidit verò Alexander de Apellatis anno 1508. ex vetustissimo exemplari cum 39. Aphorismis, sub titulo secretorum gloriosissimi Hippocratis: *Quæstionibus* etiam suis Astrologicis annectit Hali Abenragel *eas*, quæ *euentum morborum disquirunt*, conualescentiam, mortē, durationē morborum, ita vt ex themate cœlesti in ipso cogitationis momento facto, ex *domino Ascendentis, Almuten, Sole, & Luna, Octaua*, & radiis *Saturni, Martisque* iudicet. Hunc sequutus est Guido Bonatus, quærens vtrùm infirmus euadet, an non? qui legatur. Quæstionibus Astrologicis *Geomanticæ* sunt proximæ, cùm tota *doctrina Geomantica* sit *Astrologica*, & cœlestis, vt eleganter ostendit doctissimus Henricus de Pisis Doctor Medicus Lugdunensis, piæ memoriæ, collega noster, in operis sui Prolegomenis. Is Mortem coniicit si in 1. 8. & 12. cadat figura ♄ aut ♂: Salutē si ♃ in prima, quæ trāseat ad octauam. Ex Abano verò refert quod si *fortuna minor, tristitia, cauda draconis, rubeus, puer, populus, aut coniunctio* in 1. 6. 8. 10. aut 15. reperiantur *Morbum lethalem* significant, maximè si ab vna prædictarum in alias transeat, itē si *Carcer* in pluribus locis schematis reperiatur: tanto enim lethalem magis indicat

Adiūcti sunt operibus Rhazis Edit. Ven. apud Pet. de Leucho ann. 1508.

Parte 2. de iudiciis Astrorum.

Astron. tract. 6. de quæst. §. de sextâ domo, q. 1. & 2.

Geomant. lib. 3. cap. 6. q. 2. Lugd. editæ anno 1627. cū Priuilegio Regis Christianissimi nostri.

indicat infirmitatem: *Salutem* verò significare dicit *caput draconis, puellam, fortunam maiorem, acquisitionem, & lætitiam;* quibus alia adduntur quamplurima: Cautus hic tamen Medicus hæc quantùm Naturalia, tantùm consideret, & aduersa Theologorũ præceptis reiiciat quemadmodum fecit ille in principio operis sui, laudabili prorsus exemplo. Idem ego consulo circa *Rotam Pythagoream*, ex quâ noui quosdam Medicos, coniicere solere salutem, aut mortem ægrorum, considerando ex producto additionis numeri nominis, & diei (ex Alphabeto, & Numeris rotæ, & tabulæ,) diuiso per 30. si quod relinquitur ex partitione in *superiori*, vel *inferiori*, *medietate rotæ*, in quâ plures sunt numeri; in *primâ* enim *salutem*, in *secundâ mortem* significare dicunt. Hanc descripsit Catanus in fine Geomãtiæ suæ cum aliquot Alphabeticis, & Arithmeticis sortibus, ex quibus quærit quis prior ex duobus morietur? & similia quæ possent huc transferri, nisi superstitiosa mihi, nec satis licita viderentur, aut si verum esset illud Terentiani poëma:

Et Nomina tradunt ita litteris pacta
Hæc, vt numeris pluribus illa sint minutis,
Quandoque subibunt dubia pericula pugnæ,
Maior numerus quâ steterit, fauere palmam,
Præsagia lethi minima patère summa:
Sic & Patroclum Hectoris manu perisse;
Sic Hectora tradunt cecidisse mox Achilli.

His etiam anneckeremus *Indorum regulam* Manfredi, & *experimentum vrticæ* Mizaldi, pro victoriæ Naturæ vel

Manfred. in Centil.
Mizald. in Cent. Memorab.

vel morbi cognitione, iuuat potius *ſigna copioſa prognoſtica* in libris Hippocratis de illis inſcriptis obſeruare, quæ cum ſyndrome ſymptomatum Occonomiæ Microcoſmicæ ſupra delineatæ perito ſufficient ad Euentus morborum præſagiendos. Iam ad *Tempus* quod conſideratur in *periodis*, quibus *morbi motus* deſignatur, dum incipiunt, dum augentur, dum vigent, & dum remittuntur ſymptomata, quæ, non aliter ac Gnomon, qui in Horologio temporis à meridie explicat interualla, *quid*, & *quando* accidere debeat ſine voce declarant. Sed certè famoſa eſt illa *dierum* conſideratio *criticorum*, à vetuſtiſſimo Hippocrate multis poſt millenarium annis obſeruatorum, quorum pleniorem notitiam ex intellectâ causâ Galenus aſſecutus eſt, *Lunæ* videlicet *motum*; & profectò perfectiſſimam obtinuiſſet, ſi Ptolemæus multis annis ante ipſum vixiſſet: Ex eius enim Apoteleſmatum, & librorum ſelectiſſimâ doctrinâ Planetarum motus, & operationes accuratiùs diſcere potuiſſet. Res ingenio tanto, quod verè ad Medicinæ ſplendorem ſurrexerat digniſſima! Tantum agrum non neglexerunt poſteri Aſtrologi-Medici, inter quos, iure doctiſſimum Augerium Ferrerium Medi. Doct. Toloſatem nominare debeo, qui conſenſum hunc lunarium periodorum, & dierum accuratè perſecutus eſt; & expertus paradeigmate demonſtrauit, vt etiam alia multa Iatromathematica. Fuchſius Galeni iuratus interpres, hunc etiam *eleganti Schemate* docuit ad dies 27. hor. 8. ex quibus *menſem* ſuum *peragrationis* componit. Sic enim oſtendit

V. SIGNA TEMPORIS.

2. Aph. 24.

3. de dieb. decr. cap. 2. 3. 5. 6.

Lib. de diebus direct.

Inſtit. lib. 4. ſect. 2. cap. 10.

oſtendit 4. diem, oſtendit accedere cum primo aſpectu ſexangulo Lunæ ab eo loco, in quo erat incipiente Morbo; 7. cum primo quadrato; 11. cum primo trigono; 14. cum diametro; 17. cum ſecundo triangulo; 20. aut 21. cum ſecundo quadrangulo; 24. cum ſecundo ſextili, & reditum ad primum locum, coniunctionem ſcilicet, die 27. Quæ omnia quicumque contemplabitur cum diuerſis applicationibus, & *locis fortunatis*, & *infortunatis*, collatis vt ſuprà dictum eſt, *radicibus*, & *reuolutionibus*, *directionibus*, *profectionibus*, *coniunctionibus*, & *Aſpectibus*, *Indiuidui*, & *Annui*, & *obſeruationibus Aſtrologo-medicorum*, v.g. Manfredi, Tanſteteri, & Magini, viri excellentiſſimi, cum reliquis prænominatis magnâ cum omnium admiratione in *Annorum*, non ſolùm *menſium*, & *dierum*, ſed etiam *horarum ſalutis, aut mortis corporalis* cognitionem veniet, ſi adiungat etiam paroxyſmorum, & temporum eorum quattuor contemplationem: Quidam ex *directionibus chiromanticis*, quæ fiunt per diuiſionem lineæ vitæ in 120. p. vt in phyſiognomicis docuimus, ſingulis p. ſingulos annos tribuentes, ex diſtantiâ ſeparationum tempora morborum colligunt. Collega noſter de Piſis docet etiam *Geomanticarum directionum* rationem pro annis, menſibus, diebus, & horis, quæ in hunc vſum reuocari poſſent cum ſuperioribus; denique ex oſtentis etiam poteſt coniici tempus mortis: nota eſt hiſtoria M. Bruti, cui ex Aſiâ traiecturo φάσμα quoddam aſſidens ἐκφύλου σώματος καὶ φοβεροῦ percontanti cuias eſſet, reſpondit ὁ σὸς ὦ Βροῦτε δαί-

Maginus lib. de legitimo Aſtronom. in Medicinę vſu.

Geomant. lib. 2. cap. 10.

Plutarch. in vita Bruti, tom. 3. v. Vir. Ill.

μων κακός· ὄψῃς δέ με περὶ φιλίπποις, vbi Brutus in conflictu occubuit; sic etiam in nobili & antiquâ familiâ Tortellarum Parmæ priusquam aliquis moriatur, vetula solet apparere, tristis ferè sub camino alicuius cubiculi: & ad Rhodanum in Sequanorum confinio in S. Mauritij Monasterio Viuarium quoddam, legi alicubi, piscem in summam aquam mortuum quasi euomere, quoties aliquis Monachorum morti proximus est; non absimile est quod in Bodkensi Monasterio accidebat per campanam. Poëtæ *fatales* quasdam res vitæ hominum, quæ cum illis viuant & intereant docere visi sunt, fingentes stipitem Althææ, in quo Meleagri vita, quem Ouidius appellat funereum torrem, qui statim ac

Cardanus lib. 16. de varietate rerũ cap. 93.
Apud Vairum lib. 2. de fascino.
Gobelinus Persona in vitâ B. Menulphi.
V. Exempla plurima apud Gaffarellum.
L. des Curios. inoüies ch 4. §. 7.

Ouid 8. Metam.

——— Correptus ab ignibus arsit
Inscius, atque absens flammâ Meleagrus ab illa
Vritur, & cæcis torreri viscera sentit
Ignibus, vt pariter crescunt ignisque, dolorque
Languescúntque iterum, simul est extinctus vterque.

Et certè cùm in consensu cœli, & elementorum, Stellarum, & mixtorum tanta vis insit, vt superiùs demonstratum est: Quæ vno, eodémque tono mouentur, non possunt in discordiâ pariter eadem non affici ratione, sic cithara citharæ magneticè concinens, nullo tangente, in dissonantiâ consentit, vnde fit sæpè vt propter Astralem consonantiam eædem res simul oriantur, & simul malè habeant, vt patet ex historiâ Geminorum in Episcopali vrbe Saluuiorum, quam recitat Cl. D. Gaffarellus, adducto

Liu. des Curios. inoüies ch. 7. §. 9.

cto teste viro probo, & noto, qui ob similem Genesim, in similitudine, morbo, somno, vigiliâ, tristitiâ, &c. vniformiter se habebant. Hanc cœlestis, & elementaris sympatheiæ vim nouerat procul dubio Astrologus ille Ioannes, qui Romanum Lacapenum admonuit de statuâ fatali Simeoni Bulgarorum Duci, quâ truncatâ, Simeon ille dolore stomachi interiit. Et vt magis vis illa consensus syderum, & sublunarium innotescat consideretur Historia *nasi empti* à seruo, qui licèt in alienâ carne insertus esset, & in multa distantiâ, putrefactus est nihilominus, vbi seruus interiit, quemadmodum scripsit R. Flud, ex relatione Capitanei Hambleton, quod non potest adscribi nisi vi cœlestium corporum agentium in eadem elementa, quæ eodem tempore mixta sunt. Hoc cognito, Ioannes Burgrauius *fatalem suam lucernam* vitæ, & mortis ex sanguine composuit, mysticè viuentem iugiter, & cum morte eiusdem hominis, à quo est sanguis, expirantem; omnésque grauiores affectus prodentem; creditque ex eo eductum *limpidum liquorem*, quo vasculum vitreum plenum Oliuerius, Arto fratri suo dedit, cum hâc obtestatione, vt in sui gratiam quotidie obseruaret, an aliquando commutaretur in atrum? tunc enim certissimum *calamitatis suæ* sciret indicium; quod euentus comprobauit, vt ex chron. Britanniæ patet legẽtibus. Ex simili causâ Lipsiæ in morte H. Rauscher, phialam *aquâ limpidissimâ* plenam, stantem in mensâ, & ad hunc vsum comparatam dissiluisse anno 1576. mense Decembri, præ-

Cilycas p 4. Annal. & Zonaras tom. 3.

Lib. de Mystica sanguinis Anatomia cap. 6.

Lib. Biolychnij pag. 93.

Pag. 96.

ſentibus D. D. Theol.& Med. idem credit Burgrauius; vt etiam in morte Monachi Coloniæ, referente quodam Italo. Quamobrem non parum ex rerum ortu, & conſenſu cum ſyderibus ad prognoſim Medicam conſiderationes eductas pertinere quiuis intelligens facilè percipiet. Poſſem his omnibus accenſere *prodigia*, quæ præcedere ſolent ſæpiſſimè interitus hominum ex meteoris, vt eſt *Cometa*, de quo ſic Poëta:

οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ κακὸν φέρει.

Vt etiam *fulmen*: ſiquidem memini ex eius impetu tactam de cœlo turrē caſtelli de *Chapeaucornu*, Viro nobiliſſimo, & mihi amiciſſimo, proh dolor! meo & nimis infelici prognoſtico D. Antonio *de Grolée*, Domino eiuſdem, Vigneux, Arciſſes, &c. prænuntiaſſe in extremo ſenio cōſtituto; intra 15. dies enim interiit placidiſſimè, extincto paulatim, ac ſine febre ferè, calore ignis naturalis, cùm tunc benè valeret, hunc dixiſſe tamen ipsâ auditâ ruinâ, Gallicè, vt erat ingenio feſtiuo, *Le canon ioüe bien pres, il ne faudra pas tarder à ſe rendre*; quod in mentem mihi reuocat illud Platonicum, Ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι. In Socrat. Apolog.

CIRCVLVS QVINTVS. ΔΕΙΞΕΙΣ. πένταχε.

Poſtremus tandem occurrit Pentagoni noſtri circulus *curandi rationem* proximam perſpicuè demonſtrans *quinque vocibus* tanquam obeliſcis, tanta, tot voluminibus in immenſum productis hypomnemata: *Actionis* enim *Medicæ* curatiuæ *quinque* ſunt tantùm *circumſtantiæ*: prima, *An ſit agendum*? cùm Galenus imprudentis conſilij eſſe dixerit, vbi deſpe-

I. AN SIT AGENDVM.

rata

rata omnino ſalus eſt, apud vulgus infamare præſidia, quæ multis fuêre ſaluti: & certè cùm ſapientis ſit habere finem bonum propoſitum in operibus ſuis. Deploratis omninò, & certam mortem tantùm expectantibus, cur ſanitatem reſtituere conabitur, quam ex Artis præceptis præuidet impoſſibilem? vt igitur nihil ambigat, proponat ſibi ἀξιώματα duo: 1. *Igne naturæ valido exiſtente, contra morbos, & cauſas eorum confidenter agendum eſt, pro microcoſmi conſeruatione.* 2. *Igne naturæ per manifeſta ſigna, ad ineuitabilem extinctionem, diſſolutione, vel ſuppreſſione ruente, morbis, & cauſis eorum præualentibus, ab opere Medico recedendum:* Quæ porrò vim naturalis ignis, aut eius imbecillitatem explicant copiosè, inter ſigna propoſita ſunt. Suprà p. 61.

Secunda Circunſtantia docet, *Quid ſit agendum?* cuius primum eſt axioma, *Corpori viuenti ægro ſanitatem, & optimam conſtitutionem reddere oportet, ſublatâ morbi cauſâ, vt ipſe cum ſymptomate recedat.* Duplici modo id aſſequitur Hippocrates per ἀφαίρεσιν, & πρόσθεσιν; ad vtramque verò referuntur Tria Medicorum inſtrumenta. 1. DIÆTA, quæ *aëris ambientis, cibi, & potus, ſomni, & vigiliæ, motus, & quietis, Excrementorum, Pathematum animi, Vmbrarum, Frictionum, Balnei, Veneris, Indumentorum, domorum* conſtitutionem conſiderat, ab iis enim & corpus lædi poteſt, & ab iiſdem eius nocumenta poſſunt potenter emendari. Accidit enim ſæpiſſimè, v.g. vt aëris mutatio ad curationem morborum maximè conferat, cùm ab ipſo cœlo ortum eſt vitium: ſic Tabiarum aër phtoë laborantibus Galeni temporibus erat

II. QVID SIT AGENDVM.

Lib. de flatibus.

auxilio, cùm peregrini accederent. Sic maleficio affectis, ſi loci mutatio fuerit vtilis, quemadmodum contendit Ananias, illud ipſum aëris ratione ſaltem accidit, omnino naturali: Indumenta pariter nocent, & proſunt corpori noſtro diuerſimodè; nocent impediendo fuliginoſorum ſpirituum exitum, vel aëris, & ☿ vberiorem ingreſſum, vnde in poris conſtrictiones, catarrhi, coryzæ: in his autem ſumma vis conſuetudinis, ſi videlicet legem contrariorum ſpectemus, quod ſuadet Hippocrates. Quinetiam indumentis quibuſdam, quidam morbi percurantur, & ſanitas conſeruatur mirabiliter ſecundùm *tincturas*, & *Naturas* veſtium: Sic zona ex equo marino Mulieribus vterum difficulter gerentibus opitulatur; ſic ægro ſtomacho plumoſa pellis vulturis, ſic veſtes coccineæ variolis laborantibus; eadem de domibus, vmbris, &c. dici poſſunt.

Lib. 4. de nat. Dæmonum.

De his copiosè Magninus Mediolanenſis in Regimine ſanitatis.

Zacutus Luſitanus, prax. admir. obſeru. 151. lib. 2.

2. PHARMACIA, quæ *Animalibus*, *Vegetabilibus*, & *Mineralibus* vtitur, vel ſimplicibus, vel mixtis, liquidis, ſolidis, & mediis; externis, vel internis, ad *attrahenda* per virtutem ſignaturæ, & *extrahenda* è corpore ea quæ ſecum conſentiunt in compoſitione, & principiorum mixtione, *ad Vnionem*: Ita enim omnia purgantia, & ſuppurantia, & mundificantia agunt, & omnia venena curantur, & inueniri poſſunt alexipharmaca omnia: (quod in *ſelectis cogitationibus noſtris* clarè demonſtrauimus) vel *reparanda & conſeruanda ſimilia compoſitione*: hanc autem ſimilitudinem nullus ſine *ſignaturis* odorum, ſaporum, figurarum, colorum, & ſine *ignis examine* intellexerit.

rit. Quemadmodum autem *attractio*, *&* *extractio* fiunt per *ſolutionem*, ita *reparatio*, & *conſeruatio* fiunt per *coagulationem*, & hîc myſteria plurima continentur, de quibus in praxi. 3. CHIRVRGIA, quæ idem præſtat quod Pharmacia, non quidem virtute principiorum, ſed *manualium inſtrumentorum*; quæ actiones principiorum imitantur: Quę enim *pungunt* more *ſalis* agunt, quæ *ſecant* more ☿ii, quæ *ſtringunt*, *conſolidant*, & *vniunt*, more *ſulphuris*; & pro variâ mixtione variorum inſtrumentorum actiones conſiderare licet. Chirurgia ergo *ſoluit*, dum continui ſolutionem facit, *ſecando*, *pungendo*, vt in phlebotomiâ, ſcarificatione, &c. vel *ſuperfluum auferendo*, *extirpandóve*, vt glandulas reſecando, &c. *attrahit* enim, & *extrahit* ſic, quæ inutilia ſunt & oneroſa naturæ. Dum verò *vulnera conſolidat*, dum *reducit algebras*, vt Guido loquitur, i. fracturas curat, & luxationes *reparat*, & *conſeruat* conſtitutionem corporis naturalem, tunc *coagulare* dicitur. Illas porrò actiones Chirurgicas Græci ſcriptores ſuâ linguâ peculiaribus, & propriis nominibus inſignita reliquerunt, vt ſunt pro prioribus ἐξαίρεσις, διαίρεσις, pro poſterioribus verò σύνθεσις: διόρθωσις enim vtriſque mixta eſt. In c. ſing. Chirurg.

Verùm quemadmodum vniuerſam Medicinæ Doctrinam, non ſolùm ex *Elementaris mundi* cognitione fluere ſuperiùs demonſtrauimus, ſed etiam ex *Archetypi*, *Firmamenti*, *Planetarum*, & *Microcoſmi* conſideratione, ita etiam ex iis petenda videntur remedia therapeutica.

Quòd autem curatio morborum ſit à DEO Optimo,

Optimo, Maximo, teſtantur plurimis in locis ſacrę paginæ: Sic enim DEVS ad Moſeh dicens, Si audiẽ-
Exod. 15. 26. do audieris vocem יהוה אלהים, & rectum in oculis eius feceris, & auſcultaueris præceptis eius, omnem infirmitatem, quam poſui in Miſraim non ponam ſuper te, quia ego יהוה ſanans te. Ideoque ipſe Moſeh clamauit ad יהוה cùm iratus eſt contra Mirjam, ita vt leproſa facta ſit dicendo: אל
Num. 12. נא רפא נא לה, id eſt, *Deus, quæſo, ſana nunc eam*; & ſic ſana facta eſt, vt ibidem legitur. Hinc probat
Hiſt. de l'origine des lãgues ch. 20. Duretus, linguarum, & myſteriorum Hebræorum interpres doctiſſimus, ſcripturam, ſchemoth clementiæ, & miſericordiæ vti quotieſcumque de gratia cœleſti obtinenda agitur; hæc autem dicit eſſe præcipuè אהיה, יה & אל, quem hîc inuocat Moſeh; ſæpè etiam אלהים, ſic enim Dauid
Pſ. 60. in Pſalmis אלהים terram ſcidiſti, ſana contritio-
Pſ. 51. nes eius, quia nutat. Miſerere mei אלהים ſecundùm miſericordiam tuam, &c. Quia verò, vt inquit ille, *Quadrilitterum Nomen* commune eſt tam iuſtitiæ, quàm gratiæ cùm ſit in mediâ lineâ numerationum diuinarum, in Sephiroth תפארת, id eſt, gratiæ, pulchritudinis, ornamenti; ideò vtitur eo etiam Scriptura, in ſanatione petendâ; ſic enim Dauid æger: Sana me יהוה quoniam territa ſunt oſſa mea: notat autem Præſes iſte digniſſimus, tunc ſubſcribi ſacro nomini puncta אֱלֹהִים, quod tamen non bene conſtat, meo quidem iudicio: Nam nec in oratione Chizchijahu aliter quàm pũctis אֲדֹנָי notatur, in libro Ieſahjahu. *Angelis* etiam vtitur DEVS in curatione

curatione morborum humanorum, vt *Raphaële*, pro
curatione patris, & matris Tobiæ: Et deſcendebat
Angelus κατὰ καιρὸν, in Colymbethram Betheſda,& Ioan. 5. v. 4.
turbabat aquam, primus autem deſcendens poſt
aquæ commotionem, ſanus fiebat. An verò *cacodæmonum* miniſterio etiam tolli poſſint morbi, diſputare videntur, qui ex authoritate I. C. maleficiis
vti in bonum finem volunt, & Theologorum, Petri L. eorum, Cod. de Malef. & math.
Aureoli, & Angeli de Clauaſio; imò & experientiâ, Et in hanc L. Sabi-cet. Godefr. &c.
referente Nidero: contra eos verò copiosè Marti- In 2. l. 34. q. 2.
nus Del-rio Theologus ſuprà citatus, multis, ma- Voce. ſuperſtitio, §. 13.
gníſque certat rationibus: & reuerà quod dicebat Nider. Epit. formicar. c. 3.
Leo, *Dæmones agunt verſutiſſimâ arte fallaciæ, eorum be-* Serm. 19. de paſſ. Domini.
neficia omnibus ſunt nocentoria vulneribus. Si igitur ſanat Dæmon, videtur id fieri indirectè, cùm videlicet diuinâ virtute coactus, aut ſuâ ſponte, permittente tamen Dei iuſtitiâ, nocere deſinit: cauſas ſcribunt Theologi. Nos num etiam *Hominibus* vtatur DEVS, *bonis* & *piis*, ad curãdos ægros videamus. CHRISTVS dixit: ὁ πιστεύσας καὶ ὁ βαπτισθεὶς σωθήσεται: & paulò poſt, σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦτα παρακολουθήσει, ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβάλλουσι, &c. item, ἐπὶ ἐῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσι. Hinc tot curationes Apoſtolorum, per *fidem*, virtute *ſanctiſſimi Nominis*: Hinc ſacramentorum Chriſtianorum, *Baptiſmi*, & *Euchariſtiæ*, *Pœnitentiæ*, & *Exorciſmorum* Eccleſiaſticorum, cęterorúmque remediorum Religionis Chriſtianę tanta vis: Hinc quę de
virtute *Crucis*, & de dæmonibus ſcripſit Lactantius Lib. 4. de vera ſapient. cap. 17.
Firmianus, & de *Nomine* CHRISTI. Vnde forſan

Manu.c.11.n.36. *Salutatores*, siue Salutatores illi Hispani, (quorum munus non improbat Nauarrus, sed licitum scribit) in oratione suâ, sacrorum istorum Nominum, & signorum, vt etiam Eucharistiæ meminerunt addentes *Credo*, quod est testimonium vocale fidei, & gratis, & inuocando curantes, vt annotauit D. de l'Ancre Consiliarius Regius Burdegalensis. Hinc χαρίσματα τῶν ἰαμάτων, quæ dantur Christianis, per Spiritum, vt Apostolus loquitur, ex quibus est illud, quo CHRISTIANISSIMI GALLIÆ REGES tangendo liberant *à Scrophulis*, vt notat non solùm Guido de Cauliaco, sed etiam ipsa experientia cõfirmat, & semper confirmauit quotiescumque Rex noster Christianissimus LODOICVS verè IVSTVS pietatis paternæ hæres, vt Regni verus, Diuino instructus auxilio, scrophulis laborantes, *sacris* tetigit *digitis*. Credit etiam Delrius virtute diuinâ fieri, quod refertur, Reges Angliæ olim quosdam annulos benedixisse, vtiles neruorum contractioni, *Spasmo*, & *morbo Comitiali*, & in hanc rem citat Polydorum Vergilium. Vulgò creditum est etiam Comitissas Grolleenses in Sebusianis, curare *Hydrophobos*, apposito quodam ex ouis assatis alimento, sine sale, quod ab aliis nõ fit, sed adiungitur ab iis oratio, & ieiuniũ. At verò cùm inter Ethnicos reperti sint, qui etiam *contactu* curauerũt, v.g. Pyrrhus, qui pollice curabat *Lienosos*; Ego id fieri arbitror propter idiodynamin, ab *astrali constitutione* acceptam, quâ accidunt sæpè prodigia, per ἰδιοσυγκρασίαν principiorum. Sic enim factum est vt sudoris Alexandri odor

Liu. de l'imposture des Demons, p. 346.

1. Cor. 12.

Chirurg. tract. 2. doct. 1. c. 4.

Disquisit. lib 1. c. 3. quæst. 4.

Plinius.

non

non esset insuauis; sic fit vt *ligaturæ physicæ* sanent, v. g. *Lien* animalis alterius, Lieni humano laboranti appositus, postea ablatus dum exsiccatur in camino, facit vt turgens laborantis detumescat; & hoc non facit Diabolus, vt notat R. Campanella Theologus. Sic *persicaria* applicata liuoribus, tumoribus, vlceribusque medetur, dum post leue momentum sublata putrescit, & sic magneticè curat, & homines, & equos, vt notat Theophrastus Heluetius. Sic etiam agit Vnguentum armarium. Sic Monachus ille Neapolitanus *pedibus testitudinis* applicatis, à podagrâ liberatus est, vt fusè docuimus in libro nostro de Podagrâ. Vsus est etiam D. Fonseca Episcopus Stabiensis, referente Solenandro; Desumpserat autem Siculus ex Hebræo Codice Costæ Ben Lucæ, qui de Physicis ligaturis inscribitur, ab Arnaldo Villanouano in linguam Latinam conuersus, in quo alia multa, & præclara, quemadmodum etiam in aureo libello Petri Hispani, qui postea Pontifex creatus Ioannes XXI. appellatus est, collegit etiam nonnulla Guillelmus Varignana, & Rhazis Arabs. Nec solùm ordine naturali Astralem vim illam concessam Elementaribus retinuerunt; verùm *Artem* quandam *sigillorum* fecerunt, sympatheticè vim harmonicam stellarum, sympatheticis imprimentes, non aliâ ratione, quâ ille, qui Solarem ignem, aut Lunare gelu sulphuri, aut spongiæ alligaret, vt magis & efficaciùs agere possit in hæc inferiora vis superiorum corporum, ipso etiam sensu iudice; cùm enim communicabilis, vt ita loquar, sit vis quorundam

Lib. 4. de sensu rerum, cap. 10.

Lib. de persicaria.

In Consiliis.

Inscribitur Thesaurus pauperum.
In experimentis.
Lib. 60. animal.

Vide suprà.

dam corporum naturalium, vt magnetis, vt etiam ſympatheticè in certâ quadam diſtantiâ acus affricta vna ad alteram moueri poſſit, quod Auenioni expertus ſcripſit Robertus Flud, ſi bene memini, cur non & ſubſtantiæ ſpirituales, igneæ, aſtrales, gelidæ ſe moueri poſſunt probabiliter? Hâc ratione crediderunt Chymici *vnguentum ſympatheticum* ſtellatum poſſe componi, cuius vim mirabilem cum ipsâ compoſitione deſcripſit Crollius, qui etiam *pentacula* Aſtralia cōtra venena in medium protulit, ne minimo quidem Medicorum ignota. Ita Platonici nonnulli *Figuras*, & *Imagines* fieri poſſe ad morborum variorum Therapiam, & Prophylaxim exiſtimarunt, vt doctiſſimus ille Marſilius Ficinus, & M. Ant. Zimara, qui varia ſigilla, & imagines varias collegit ſub nominibus Raphaelis, Chaelis, Hermetis, Tethelis, & Salomonis. Arnaldus etiam Villanouanus Pontificis Maximi Medicus, de illis peculiarem tractatum conſcripſit. In his tamen *cautè* agendum, & *ſecundùm Theologorum conſilia*: nos in tractatu podagrico copioſiùs de praxi diſſeruimus. Affinitatis iure iungi poſſunt *Gamahé*, quæ aſtralem vim obtinent in commouendis ſpiritibus, & principiis microcoſmi, nolo hæc afferre ad huius rei probationem, quæ Plinius, Cardanus, & nouiſſimè ſcientiſſimus Gaffarellus attulerunt, volo eo ipſo experimentorum teſtimonio, quæ negare ne vllus quidem poterit rem totam manifeſtam omnibus facere: non enim puto quemquam hodie inter doctos ſaltem verſari, qui neſciat, quàm verùm ſit

Nephriticum

Lib. de Anat. myſt. ſang. cap. 8.

In Baſilica chymica.

Lib. de vita cœlitus comparanda, l. 3. c. 18.

Antri magico-med. part. 2. tit. 4.

Hiſt. nat. lib. 36. cap. 7.

Lib. 7. de ſubtil.

Liu. des curioſitez inoüies, cap. 5.

Nephriticum lapidem brachio alligatum, protrudere ex humanis renibus arenulas: Qui nesciuerit legat Nicolaum Monardem, & eius probatam δυώαμιν in Ducissâ Bejar, & Nobili illi noto, aliisque quamplurimis, figuram enim renum referunt. Et ego testari possum, alios etiam figuræ similis, si non simillimos, saltem non dissimiles effectus producere. Aliud experimentum desumitur ex consideratione lapidis, quem prope Spiram, Darmstadij ad Rhenum incolæ ab effectu *Beimbruch*, Medici *Osteocollam* nominarunt, cuius stupendam virtutem qui non audierit legat Quercetanum, & Anselmum de Bood Archiatr. Imperatorium, & Crollium. Hæc autem non à vi quadam primarum qualitatum, aut principiorum manifestè agere; sensibiliter tamen per vim magneticam, & harmonicam Astralem, sensibus ipse percipiet. Idem ego & de *Turcoide* possem adiicere, quem Bood suprà citatus, & experientia mille testimoniis in casu à fracturâ ossa, desilientem conseruare docebunt, quod ego ipse animaduerti. An igitur aliquis figurarum inutilem cō siderationem scribet, & ab astris minimè conceptam, vt etiam cæterarum signaturarum? quod ego pleniùs, & philosophicè probare possem per similitudinem substantiarum simili figurâ donatarum. Sed alibi hæc in præsentiâ sunt relinquenda vt *ea* subiungamus, *quæ imaginationem nostram commouendo*, curationes miras promouent, Paracelsistæ singulariter quicquid id ipsum efficit *Ens pagoium* vocare solent, vt sunt variæ *Nugæ* & *aniles Rythmi*, qui inter

Lib. simpl. medic. noui Orbis, lit. L.

In sclopetario lib. de lapid. & gem. 2. c. 133. & c. lib. de signat.

Lib. cit. c. 116.

incantamenta referuntur; vidi enim merum inuen-
tum, & ridiculum dicterium dolores dentium
perſanaſſe, vbi in chartâ deſcriptum collo ancillæ
In Paracelſ. de morbo ſulphureo, cagaſtrico, &c.
cuiuſdam appēſum fuit. Ita narrat Hemingus Sceu-
nemannus quemdam nobilem quartanâ curatum
Rythmo, inuolucro pilorum barbæ cuiuſdam in-
ſcripto, cui alia quamplurima eius generis incan-
tatoria carmina annectit, de quibus etiam ſcripsêre
Fernelius, Pareus, Cardanus, Riuerianus, Vierus: Et
Martinus Del-rio ex aliis nonnulla collegit, quæ in
aliis potentiùs, in aliis debiliùs agunt *pro vario con-
ſenſu, quem habent cum Aſtrali conſtitutione cuiuſlibet, vel
audientis, vel pronuntiantis.* Quemadmodum enim etſi
eandem orationem Plato, & Socrates audiant, vt ad
hoc, vel illud moueantur, accidet vt obſequatur So-
crates, & renitatur Plato, perſeuerante pertinaciâ.
Sic etiam his ipſis verbis alij ſanantur, imaginatio-
ne commotâ, alij verò perſeuerant. Et velut dicen-
te Cicerone, Iudex ad petita mouebitur, licèt iiſ-
dem verbis nihil obtinuerit Saluſtius, verbi gratiâ;
ita hoc recitante facilè mouetur imaginatio in illo,
Tanſteterus in canon. Aſtr.
alio verò nequaquam. Hinc fit vt Aſtrologi quidam
dicant, *non profuturum Medicum* apud ægrotum, *ſi Sa-
turnum, vel Martem habeat* in his locis, in quibus æger
Centil. aph. 42.
habuerit *Iouem* & *Venerem*, cùm dixerit Ptolemæus,
ὅσε ἐμπέσῃ ἐν γενεθλίῳ κακοποιὸς ἐν τόπῳ ἀγαθο-
ποιοῦ, ἐν γενεθλίῳ, βλαβήσεται ὁ ἔχων τὸ ἀγαθοποιὸν,
παρὰ τοῦ ἔχοντος κακοποιόν. Contrà verò *gratum æ-
gro*, & dilectum *Medicum*, *ſi conuenientem cùm Ægri
Geneſi ſtellarum configurationem habuerit*, iuxta aliud
apoteleſma,

apotelesma, τὴν μόνοιαν ποιεῖται, ὁ μεταξὺ β' σύμφωνος σχηματισμὸς τῶν ἀστέρων τῶν δηλούντων τὸ εἶδος τοῦ πράγματος, ἐφ' ὧν ἐστὶ ἡ φιλία, ἐν ἑκατέρῳ τῶν γενεθλίων: & quod subsequitur, ἡ φιλία καὶ τὸ μῖσος λαμβάνεται ἔκτε τῆς συμφωνίας καὶ ἀσυμφωνίας τῶν φωστήρων, καὶ τῶν ὡροσκόπων ἑκατέρου γενεθλίου. Id ipsum experientia confirmat, si quis attentè considerat *curationes Melancholicorum*, quæ non nisi *inuentis solertiorum* quorundam, ac quodammodo cõsentientium, ad optatum finem perducuntur: Qui enim hypochondriacâ melancholiâ laboranti, Ratione tollere volet affectum, *verbis solis, sine actione falsi obiecti ludibrium exponendo, nusquam sanabit*: sed cõcedendo, & quasi concredendo, vt asserat verum esse huic serpentem in ventriculo conuolui, vomitorio reiiciendum; illi verò tantùm vrinæ esse, vt Prouinciam meiendo, nouo diluuio submergere valeat, verùm tantillum deiiciendum, ad incendium vrbis extinguendum; sic enim delusi eiuscemodi homines, aut falsam opinionem deponunt, aut resipiscũt, actionis veritate admoniti; ita in reliquis, quorum curationes scriptæ sunt à practicis, præsertim Andreâ Laurentio Medico Regio, Monspeliensis Academiæ Cancellario dignissimo. Sunt etiam passionum Remedia in verbis, sic enim in Hippolyto coronato Euripidis, Phædram insanientem, nutrix admonebat:

Ibid. Aphoris. 21. & 33.

Au liure des maladies melancholiques.

Νοσοῦσα, δ' ὦ πῶς τὴν νόσον καταστρέφου;
Εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ, καὶ λόγοι θελκτήριοι,
Φανήσεται τι τῆς δὲ φάρμακον νόσου.

Cui

Cui non diſſimile eſt illud Horatianum:

Lib. 1. Epiſt. 1.

Feruet auaritiâ , miſerôque cupidine pectus,
Sunt verba, & voces quibus hunc lenire dolorem
Poſſis , & magnam morbi deponere partem.

Harmonicus enim *vocum conſenſus* plurimùm facit ad harmoniam conſeruandam in corpore, remouendo omnia huius œconomiæ , & harmoniæ contraria. Sic Saulem ſpiritus malus DOMINI dum affligebat, manu ſuâ pſallebat Dauid; Sic inſanientes concentibus curabat Aſclepiades, Terpander & Arion Lesbios, & Iones ægrotantes : Iſmenias Thebanus grauiſſimis morbis vexatos. Huc etiam teſtes adducere poſſem Democritum , Theophraſtum , & A. Gellium vt Iſchiaticis leuamen à pulſu citharæ accidere confirmarem , niſi *Tarantulæ morſus* curati noua , & quotidiana experientia auditis lyricis , & tibiarum ſonis , nullo alio proficiente remedio, omnem antiquam Græcorum , Latinorúmque ſuperaret, vt verum ſit poſſe *animum varietate harmoniæ* diuerſimodè *commoueri* , Phrygiâ *ad furorem* , & pugnas , Lydiâ ad *mœrorem* , Doriâ ad *pathocratiam* , vt meo conceptui fingam vocabulum, Ionicâ ad *iucunditatem* ; tam verum eſt, inquit Macrobius, omnem habitum animę cantibus gubernari, vt & ad bellum progreſſui, & item receptui canatur, cantu excitante, & rurſus ſedante virtutem, dat ſomnos, adimítque, necnon curas immittit , & retrahit , iram ſuggerit, clementiam ſuadet , corporum quoque morbis medetur: nam hinc eſt quod ægris remedia pręſtantes præcinere dicuntur. Sed cauſas harmoniæ,

1. Reg. c. 18. 19.

Zenodot. in Prou. collect.

Boëtius in Muſic.

Mathiol. Comment. ad Dioſcor. l. 2. c. 57.

In ſomn. Scip. lib. 2. cap. 3.

eiusque absolutissimam historiam videre cupiet Practicam, & Theoricam, antiquam, & nouam legat Harmonica R. P. M. Merseni, Viri clarissimi, doctissimi, & excellentissimi, quibus omnem Antiquorum solertiorum curam superauit. Nobis sufficit vt ostendamus Musicum melos ad morborum curationem conferre, tribus, vt aiebat Plato, constans, λόγῳ, ἁρμονίᾳ ϗ ῥυθμῷ. Lib. 3. de Rep. Cùm autem numeris constet, *vim Numerorum* in curatione morborum videamus, non quòd mihi sit in animo Pythagoricorum quorumdam opinionem extollere, dum in pentaphyllo vim quinarij, ternarij, & quaternarij in geniculis verbenæ, aut granis calendulæ, & pilularum numero impari præscriptarum exhibitionem laudant, sed verè eam, quæ in homine cuilibet ostenditur. Quis enim nescit *masculum* omnem *septimum*, absque femellâ intermediâ natum, vim habere tactu curandarum *scrophularum*, imo & verbo, vt quidam asserunt: *filiam* item *septimam* miro modo *partum* adiuuare; nam eâ ratione partus octimestres sunt perniciosi, & dies sextus, & duodecimus; & septenarij dies, & menses, vt etiam nouenarij salutares, ita ex *numerorum* perfectâ vel imperfectâ *constitutione* demonstrantur *perfecta ad hunc, vel illum vsum, secundùm motum vnitatis*, quæ *perficitur* in ternario. Et rursus incipiens in quinario per coniunctionem paris numeri *confirmatur* in vi *Corporeâ* dum producitur septenarius: nam vis *Spiritualis* primi ternarij est; & tandẽ omnis δύναμις *clauditur* quadrato nouenario, qui coniungit *vim corporeorum, & incorporeo-*

rum.Hinc igitur primogenitorum ius in hæc vſque tempora conſeruatum, animos parentum ita ſi loqui liceat, ligantium, vt hæreditates poſſideant relictis minoribus fratribus in plurimis regionibus. Hinc ternarij, quinarij, ſeptenarij, & nouenarij laudes à Patribus & Theologis ſcriptæ, D. D. Auguſtino, Ambroſio, Gregorio, Origene, Hilario, Beda, Rabano, & copiosè à Fabio Paulino, & Petro Gregorio, quas qui intellexerit ſine dubio, quanta ſit cuiuſque hominis in curando, dicendo, philoſophando vis facilè percipiet; nam in his numeris ſeſe exerunt perfectiones rerum in operibus DEI naturalibus, de quibus pleniùs in Arithmologia Sapientum. Cùm autem de *Homine* dicamus, quem אלהים voluit *dominari* in piſces, volatilia, & reptilia, herbas, arbores, beſtias; & *imponere* rebus omnibus *nomina*, videndum, num aliquid dignitatis ſibi conſeruauerit? Videtur profectò *vis benedictionum* & *maledictionum* id ipſum quodammodo declarare: Scribit enim Ieſus filius Sirach, εὐλογία πατρὸς στηρίζει οἴκους τέκνων, κατάρα δὲ μητρὸς ἐκριζοῖ θεμέλια: parentes natis dominari lex decalogi voluit cum ſpe benedictionis, marito vxorē ſubiecit etiam lex diuina matrimonij, & parens benedicens, aut maledicens filio, & maritus vxori agit in ſubiectam ſibi creaturam: An id etiam tranſierit in alios populos, ad quos verus DEI colendi ritus non peruenit, videtur teſtari Seneca in Epiſtolis: ſic enim Ethnicus ille philoſophus: Iam non admiror ſi nos à primâ pueritiâ mala ſequantur: inter execrationes parentum

Lib. de numero ſeptenario.
Syntax. artis mirab. lib. 5. c. 10.

Gen. 1. v. 28. &c.

Lib. 2. v. 19.

Eccleſiaſt. c. 3. v. 11.

parentum creuimus, &c. & Cicero: Magnam vim, magnam neceſſitatem, magnam poſſidet religionem paternus, maternúſque ſanguis, ex quo ſi qua macula concepta eſt, non modò elui non poteſt, verum vſque permanat ad animum vt ſummus furor, atque amentia conſequatur. Sic mater Pagana quædam, & illuſtris cùm corpora filiorum ſuorum *horrendis imprecationibus* deteſtata fuiſſet, *in rabiem* verſi ſunt, mordaciter adinuicem ſua membra corrodentes, vt ſcribit Ioannes Archipresbyter in vitâ D. Zenobij Florentini. Non ſolùm autem in parentibus vis dirarum ineſt, aut maritis, verùm etiam *in aliis certis hominibus*: nam quod ex Cicerone ſcriptũ reliquit Alexander ab Alexandro, Atteius Tribunus plebis execratus eſt M. Craſſum ad Bellum Parthicum prodeuntem, magno poſt exitio conſequuto. Quamobrem huc referri commodè poteſt Plinianum illud, *defigi diris deprecationibus nemo non metuit.* Et quod Aëtius ſcribit ad eductionem eorum quæ in Tonſillas deuorata ſunt. Sic enim ille: Ad ægrum deſidentem te conuerte, inquit, ipſúmque tibi attendere iube, & dic: *Egredere os* aut feſtuca, aut quid tandem exiſtit. Experimento confirmatam incantationem, talem ſcribere videtur Trallianus, & teſtem Galenum adducere, magnum alioqui eiuſmodi carminum contemptorem, in libro quem compoſuit de Homeri Medicâ tractatione. Et ſi hercle Galli Gallinacej cantus leonem terret, quod ſine fuco Dæmonum accidere contra Ananiam cõtendit Theologus Del-rio, cur inſolens & incon-

Orat. pro Sext. Roſc Amer.

Apud Surium 25. Maij Tom. 3.

Genial. dier. lib. 3. cap. 22.

Hiſt. nat. lib. 28. cap. 2.

Lib. 8. c. 50.

Lib. 6. cap. 4.

Plin lib. 8. cap. 16.

Diſquiſit. magic. lib. 1. c. 3. q. 4.

gruum fuerit hominis vocem millies ſono canentis, aut cucurrientis Galli præſtantiorem, illud in ſibi multò inferioribus perficere? hominis, inquam, cuius ΚΥΡΙΟΣ, vt verbis Ieſu Sirach vtar, ἔθηκε φόβον ἐπὶ πάσης σαρκὸς, καὶ κατακυριεύειν θηρίων, καὶ πετεινῶν ἐν ὁμοιώματι; in his tamen conſilio, & cenſuræ D. D. Theologorum, quemadmodum & in reliquis cogitationibus quibuſcumque, in quibus de diuinis agitur, *plus quàm rationibus omnibus Phyſicis tribuendum*, *quod ego in omnibus ſcriptis meis factum volo, Chriſtianæ totum me ſubmittens humiliter Eccleſiæ*, quæ hominẽ omnium creatorum animalium perfectiſſimum cenſet, ac proinde eum in quo fons remediorum naturalium, quemadmodũ in Macrocoſmo. *Ex homine* enim non ſolùm educi poſſunt ſalutaria auxilia modis ſuprà deſcriptis; verùm cùm *in eo radiantium ſyderum, ſingulorum vires vniantur*, poſſunt quaſi *per reflexionem alios afficere*. Quis neſcit mẽſtruatas ſpeculis inurere maculas, & contagia lippientium multiplicari ſecũdùm diſpoſitiones aliorum corporum, & truces aſpectus horrorem, terrorem, & ſtuporem inducere, quæ omnia accidunt à vi Martiâ, & Saturnina in ſimiliter diſpoſitis agente. Nec mirum eſſe debet quod radiis eiuſcemodi actionem demus, & eos cauſas faciamus, cùm Neotericus noſter iam aliquoties citatus, demonſtrauerit lumen eſſe actionem, vel motum corporum luminoſorum ex materiâ tenuiſſimâ circa ſydera, ad oculos noſtros tendentem, & ſuperiùs experimentis docuerimus ſubſtantiam frigidiſſimam à Lunari globo,

Diſcours premier de la Dioptrique.

globo, & ignem ardentiſſimum ex Solari ad nos tendere. Quin etiam norunt Medici, & obſeruationes docêt id eſſe veriſſimum, Nucis *vmbram* cephalalgiam inducere, Tiliæ arboris verò huic eſſe remedio; item commorſos à canibus rabie laborantibus, ſemel curatos, iterum in hydrophobiam, ſed immedicabilem relabi, ſi ſub *vmbrâ Sorbi* iaceant, quod quidem ego prope hanc vrbem accidiſſe noui non procul à Rhodani fluentis, in villa cuiuſdam Nobilis, qui rem totam ad me detulit. *Tactus* etiam *corni*, & *virgæ* ſanguineæ idem facit. Vmbræ autem quomodo ſunt magis ſenſibiles halitus, quam ſyderum, aut actio Torpedinis, ſtuporem ſecundùm ſucceſſionem partium fili hamati dirigentis? Ergo manifeſtum eſt vires à ſyderibus influentes, in aliquos homines, poſſe communicari aliis, eorúmque aſpectus, ſecundùm communicatam influentiam eſſe in aliis fortiores, aut imbecilliores; ad bonum, aut ad malum, ad curandas, aut inferendas ægritudines, vt etiam tactum: *Halitum* autem ne difficiliores quidem dubitant communicare morbos in Peſte, Phtiſi, &c. Cur non etiam *ſanatiui* reperientur cum iis cauſis eiuſcemodi maleficia producentibus, adiunctæ ſunt aliæ benefacientes, vt Saturno, & Marti; Iupiter, & Venus, &c. Quod ſi concedatur, *Excrementa cuticulæ adiacentia in tranſpiratione* etiam aliquid conferre probabimus; id autem confirmat *pelluuium Regis Mogor*, cuius aqua curabat quoddam genus morbi, quemadmodum notat P. de l'Ancre Regius Conſiliarius Burdegalenſis eruditiſſimus. Et

Salius de affect. partic. pag. 351.

V. Ponzettum de Venenis lib. 3. cap. 18. & Matthiolũ in Dioſcor. lib. 6. cap. 39.

Liure 5. de l'incõſtance des Demõs, p. 358.

certè cùm principia in homine puriora queadmodũ in perfectiſſimâ creaturâ contineantur quis cõtendere volet, ex iis perfectiora non educi remedia, quàm ex alio quolibet animali. Hinc tot ex homine congeſtæ à C. Plinio Secundo Medicinæ, & à Medicis qui rerum facultates, & vſus diligentiùs, vel ex profeſſo, vel in praxi Therapeutica conſiderarunt, præſertim Raze Mauritano Philoſophiæ, & Medicinæ ſcriptore ſcientiſſimo. Et ſi res tota perpendatur accuratiùs *nullus affectus in humano Corpore generatur, cui naturaliter ex eo non inueniatur remedium.* Si Medicus naturam, & vires principiorum intellexerit, ſi vias, & ſecretiones eorũ cognouerit, ſi quomodo afficiant, & quomodo coërceantur à ſe inuicem examinauerit, nam in humano corpore vitioſa, & morboſa ferè euadunt principia, quia *ab vnione mixtionis ſeparantur*; cùm eius temperamento ſoleant in perfectâ œconomiâ Microcoſmi contineri; vel quia *quantitate ſuperant*; vel quia *qualitatem naturalem in naturali loco mutant, adueniente alterutro, præter conſtitutionem, & conſuetudinem*, vt cùm ſal ſanguinis, cum oleoſo plurimo adueniente forinſecus ſpiritu ☿ ali denſante in Saturnino coagulatur, vnde *Pleuritis*, vel in renibus ſal ſimpliciter cum tartareis impuritatibus terreis, vnde *Calculus*; in priore autem *febris* accenditur, *quia circulati ſanguinis pars locum conſuetum non inueniens, refluendo copioſiùs auget & accelerat inſtrumentorum circulationis motum, ex ignis naturalis augmento, & neceſſitate vaporis.* Sed de his aliquando fuſiùs, DEO dante: nam qui capit hæc, ignotam ha-

ctenus

Hiſt. nat. l. 28. cap. 1. 3. 4.

Lib. de prop. 60. anim. c. 55 56.

ctenus febrium omnium nouit originem. Sed ad rem redeuntes, dicamus quòd quemadmodum Scorpius virus infixum, corpori applicatus, extrahit, quod accuratè in *ſelectis noſtris cogitationibus* declarauimus, ita etiam *excrementa attrahunt*, ea quæ lædunt noſtrorum corporum vel ſpiritus, vel partes, per vim ſcilicet *vnionis*, vel etiam ab iis aliquando attrahuntur. Quicumque verò vim huius Arcani cognouerit, ſciet verè, cur ſine ſanguinis miſſione illita κόπρος pueri, *phlegmonem gutturis* curauit, tanto ſtupore ægri, tantâ cum difficultate Medici, vt de pretio conuenire, & iureiurando nulli fieri eius ante diſceſſum docentis copiam polliceri oportuerit, priuſquàm cognitum fuerit ab alio quocumque Remedium, vt copioſè Galenus diſſerit. Sciet quâ ratione tantoperè decantatum cranium humanum Epilepticis proſit; & menſtruus ſanguis ſcabiem volaticam, atque omnem periculoſam curet, quemadmodum notat Hartmannus. Qui verò quomodo mixta ſemel principia tendunt ad vnionem, quomodo mouentur extra corpus in macrocoſmo, à circumfuſis ſyderibus; ſciet quomodo *curæ magneticæ* fiant, quomodo ☿^{alis} *cauſæ morbi pars* igne conſumpta, vbi conuenienti modo, & tempore extracta eſt, reliquas, quæ totam componunt, per vim harmonicam ignis artificialis, & naturalis, cuius vtriuſque radij à Sole, centro ignis & luminis macrocoſmici ſympatheticè commouentur, conſumi & vaneſcere cogit, v.g. dum *in Epilepticis* vtili experimento, in paroxyſmo vapor ☿^{alis} impurus in canaliculos

Lib. de ſimpl. Medic facult. 10.

Practic. chymiatr. p. 376. §. Scabies volatica.

liculos capillorum verticalium effuſus, ſeparatur forcipe, & ſulphureis excrementis adhærens, ab igne fugatur in matricem, & per συμπάθειαν, eodem tempore impuritas reliqua in microcoſmi ſimilitudine conſentiens, ab igne naturali: ita vt non ampliùs redeat Paroxyſmus: Sic *ſal attractus à Perſicariâ*, ex coagulato ſanguine in contuſis, aut à nodis paleæ ſignatis, in verrucis, dum diſſoluitur per vim putrefactionis, igne occulto artificiali, per aquam talem operationem promouente, quod reliquum eſt in talium affectuum cauſis etiam diſſoluitur, & à naturali igne conſentiente ſeparatur. Hinc arcanorum quamplurimorum, & curationum magneticarum origines; maximè verò tantoperè decantati vnguenti Armarij, cuius & cæterarum eiuſcemodi rerum poteſtatem nullus Dæmonibus adſcribet, ſi conſideret verum eſſe quod Robertus Flud de naſo empto, qui cum morte vendentis, quamuis alienæ carni inſertus, ſphacelo harmonicè periit. Recitat, adducto teſtimonio, cuiuſdam noti Capitanei nomine Hambleton, & quod in ciuitate Auenionenſi ſe vidiſſe narrat de magneticis acubus, quarum vna mouebatur intra mœnia, ad motum alterius, quæ extra ea delata erat, quod etiam de punctturis in longâ Regionum diſtantiâ in duobus hominibus eodem tempore perceptis ingenioſè aſtruitur.

Sect. 1. p. 3 l. 2. c. 7. de Myſtica ſanguinis anatomia. Ibid. cap. 8.

III. QVANTVM AGENDVM.

Tertia circunſtantia circa *Quantitatem* verſatur; & quantum agendum docet tam habitâ ratione *longitudinis*, *latitudinis*, & *profunditatis*, quàm *numeri*, *menſuræ*, & *ponderis*. Operationes Chirurgicæ enim, &

actiones

actiones, tum Diætæ, tum Pharmaciæ, neceſſariò talibus conſiderationibus reguntur. Hæc ad abſolutiſſimam curandi rationem ſæpè deſiderantur; & contra hanc non raròpeccare ſolet inſtrumentum *chirurgi ſecantis*, medicamentum agens, vel *tardiùs*, vel *velociùs*, quàm par eſt ad optimam euacuationem, *in doſi maiori*, aut *minori* præſcriptum. Morbi etiam ſæpè cauſa non expellitur *vno, aut altero remedio* cùm *plurium dierum actione repetitâ opus eſt*. Hâc de causâ contingit frequentiſſimè, vt propter tædium diætæ, aut remediorum, delicatiores in morbis pereant, aut diutiſſimè ægrotent. Fieri poteſt pariter, vt vires naturæ in fortioris remedij actione collabantur, & mors non expectata ſequatur intemperatam Medicinam. Alia ſic accidunt quamplurima practicis notiſſima. Quamobrem quatuor præſertim definire, quantum ſit agendum, iudico: Hæc ſunt: *Natura ægri*, *Morbi cauſa*, *Pars*, & *Medicamenti actio*. In *Naturâ ægrorum* conſiderandâ potiſſimùm verſatur Medica prudentia; quidam enim facilè mouentur à medicamentis; quidam ad ea difficulter ſe habent, & indigent maiore medicamentorum doſi: & teſtis eſt experientia, quamplurimos ſolo *catharticorum odore* ad purgationem commoueri, quod allatis exemplis ſatis probat Schenckius: Quidam ab *alimentis* etiam ſimpliciter purgantur, vt de Manardo recitat Braſſauola, qui ouo ſorbili ſumpto quinquies, aut ſexies excernebat; Quidam *violenter mouentur ab iis, quæ peculiarem ἀνθιπάθειαν cum ventriculi ore exercent*, vt in quibuſdam Roſæ odor,

Cardanus in tract. de med. purgant. *è M S. nuper edito Catharticis ad effectum dat 20. dies ſudorif.* 40. p 375.

Tom. 1. Obſeruat. obſeru. 284.

Lib. de medicam. purgat.

Cent. 2. cur. 36. Exercit. 274.

odor, teſte Amato, in aliis mali, ſcribente Scaligero: Ego Comitiſſam noui, quæ hâc de causâ purgantibus potionibus aſſumptis, crudeliter vexabatur; cùm enim Medicus, qui præſcripſerat catharticum, non animaduerteret in talem idioſyncraſiam, vel pomorum ſyrupum, vel Roſatum ſolutiuum, tanquam innocentiſſima, vt verè ſunt pharmaca, aliis admiſceri iubebat, aut cum ſimplicibus laxatiuis, tanquam ad viſcerum robur ſpecies diarrhodon, quibus habebat peſſimè, priuſquàm ego cognitâ nobiliſſimæ mulieris naturâ, prioris Medici præſcripta reliquiſſem, formulas emendaſſem. Sic etiam *in viribus deiectis leuiſſimorum catharticorum doſes temperandæ* veniunt, ne æger, aſſumpto pharmaco, quod turpiſſimum dixit Hippocrates, miſerrimè pereat. Idem etiam de ſanguinis miſſione ſentien-
Diſſertat. de vſu phlebotomiæ c. 5. dum, quod fecit prudenter V. CL. D. Franciſcus Citeſius, REGIS, & Eminentiſſimi Cardinalis Ducis DE RICHELIEV, doctorum hominum plus quàm Mecęnatis, Medicus feliciſſimus: Sunt autem ſuperiùs traditæ virium naturæ, & morbi definitiones, cùm de ſignis euentus diximus in quarto circulo huius Pentagoni. *Morbi cauſa* verò perpendenda eſt curanti, vt vbi cognouerit quanta ſit, *proportione conueniens* ipſi præſcribat *Remedium*: Scripſit enim ſe-
1. ſect. Aph. 6. nex Cous in Aphoriſmis εἰς τὰ ἔσχατα νοσήματα ἔσχαται θεραπεῖαι εἰς ἀκρίβειαν κράτισται, quemad-
Ibid. Aph. 5. modum enim, vt dicit ipſe, τὸ ἁμάρτημα μᾶλλον μέγα γίνεται ἐν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσιν, ἢ ἐν τῇσι ὀλίγον ἁδροτέρῃσι. Sic in Medicamentis minus peccatur paulò

paulò fortioribus, quàm omnino languidis, quæ permittunt ſpiritus impuros augeri ex impuris, & excrementitiis cauſis, & ignem naturæ tandem diſſoluendo, vel ſupprimendo, extinguunt, ſicuti ſuprà dictum eſt. Ergo proportione reſpondere debet cauſæ remedium, ſaltem concoctæ, & ad euacuationem paratæ, iuxta illud peruulgatum; Concocta medicari oportet atque mouere, non cruda, &c. ita vt nullas inducias concedat hoſtibus œconomiæ microcoſmicæ. Neque enim ſuadeo vt quiſquam ſimul, & ſemel vim inferendo naturæ, tentet cauſam vno præſcripto pharmaco expellere, niſi *in ſummo vitæ diſcrimine à plenitudine ſuffocante*, vt in Apoplexiâ: in talibus enim cùm ſpes incerta, omni deſperatione, ſit potior, anceps auxilium melius eſt experiri, quàm nullum, ſuadente Celſo Medicinæ interprete eloquentiſſimo: In aliis verò, in quibus aut ægri, aut cauſæ natura ſuadet euacuare *κατ' ἐπικρατοῦν*, norma ſuperius propoſita accuratè obſeruanda eſt: ſic enim in hominibus debilioribus & delicatioribus, ſuccis impactis, viſcoſis, craſſis, in longinquis partibus ſitis felici obſeruatione medicamur. *Pars* enim conſideranda eſt, eius *ſitus*, & *conſtitutio*, cùm in extrahendis ex remotis locis humoribus conueniat potentior attractio, quam è propinquioribus, quod & ipſum accidit in operationibus chirurgicis, in quibus cauendum, ne ſubiacentes, aut circumiacentes partes periculosè afficiantur, & tamen videndum vt inſtrumentum ad locũ ſentinæ morbificæ perueniat, vt in abceſſuum oc-

cultiorum aperturis, &c. contingere ſolet pluri-mùm, & quantitas continua conſideratur quàm maximè. *Actio* denique *Medicamenti*. Cùm varij ſint gradus Medicinarum, vt loquuti ſunt noſtri Latino-barbari, rerum quàm verborum meliores interpretes, *variæ* ſunt etiam *doſes ſimplicium*, præſertim catharticorum, quæ Medicis innotuerunt experientiâ, & obſeruatione; de his methodicè inter Mauritanos maximè ſcripſit Ioannes Heben-Meſue, colligens omnia ferè quæ prodita fuerant à vetuſtioribus Græcis maximè, & Arabibus notatu digniſſima, quorum catalogum auxerũt deinde Neoterici, præſertim eo tempore, quo Hermeticorum doctrina nouis inuentis Medicinam illuſtrare cœpit. Quamobrem qui copioſam ῥαψῳδίαν, & ſimplicium, & compoſitorum volet, legat Pandectarium Medicinæ, Danielem Sennertum, qui & doſes & Medicamenta deſcripſit diligentiſſimè ex vtraque Medicinâ.

Tom. 2. Inſt. Medicin.

IV. QVOMODO AGENDVM.

Veniamus ad quartam circunſtantiam, vt *Quomodo* ſit agendum intelligamus. Hoc nos docebit triplex circa quattuor iam propoſita conſideratio *Ægri, Cauſæ, Partis, & Remedij*: ad ægrum ſiquidem pertinet *conſuetudo, & conſtitutio*, cùm verò dicat Hippocrates minus nocere conſueta, & expreſſis verbis per *facilè*, aut *difficulter vomentes*, in Aphoriſmis nobis indicet conſuetudinis eſſe vim maximam, videbimus continuò, vt ad conſueta nos faciliores præbeamus, niſi omninò ſint nocentiſſima, quàm ad alia; vt à natura cui parallela ferè eſt cõſuetudo non diſce

Sect. 4. Aph. 6. & 7.

discedamus. Qui igitur excretionibus per inferiora assueuit, ad vomitum sine magna necessitate non compellatur; qui per superiora deiicere consueuit, si cætera consentiant, emeticis tractetur; qui potionibus catharticis, Apozemat. syrupis, &c. assueuit ad pilulas deglutiendas bolos, opiatas, &c. non cogatur, sine multis, magnisque rationibus; imprimis verò, qui delicatiores Pharmacis purgantibus addicti non sunt, mitioribus primò, deinde fortioribus gradatim agantur: In talibus autem, sine extremo periculo, cauere conuenit ab iis, quę in tertio catharticorum ordine reponuntur à nonnullis, vt sunt quæ à lacteis plantis, & ferulaceis educuntur scammonio, turbith, colocynthide, esulâ, & eiuscemodi, item mineralibus, quæ à Chymicis aduocata sunt in Pharmacopœam, antimonio, hydrargyro, vitriolo, &c. qualicumque præparatione sint emendata; Simia enim etiam sub laruâ semper est Simia, & licèt blandiùs, & mitiùs cum corporibus agere videantur, obsunt tamen magis quàm plantæ, quæ propiùs cedere videntur igni microcosmico. Sic enim (vt hoc obiter dicam) se habet naturæ dispositio, vt *à mineralibus in plantas* transeat *alimentum, à plantis in animalia; & animalium corpora in puluerem redeuntia partim ad genus minerale, partim ad vegetabile conuertantur, per ternarium.* Cùm etiam ex sententiâ, & communi consensu Medicorum cum Hippocrate dicente, αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, pilulas, bolos, & solidas medicamentorum formas faciliùs ferat ventriculus quàm θέρεος καὶ

φθινοπώρου, cum σιτία ſunt δυσφορώτατα, ſic Æſtate vomitus faciliores, Hyeme grauiores. Hæc autem ab harmonia Solis, & Ignis Naturæ ab vno tropico, ad alium aſcendentis, aut deſcendentis; vel ſi mauis declinantis reſpectu Poli noſtri, accidunt. In ætatibus verò ſecundùm motum nõ Aſtronomicum, ſed Aſtrologicum, à prima domo ad ſeptimam, ab Ortu ad Occaſum: vnde ætatum mutationes quibuſcum mutari ſolent temperamenta, quorum etiam habẽda eſt ratio: tandem *vis naturæ* in ægro conſideranda, vt ratio habeatur liquidorum, ſolidorum, agentium per ſuperiora, vel inferiora, deriuantium, reuellentium, catharticorum, diureticorum, &c. phlebotomiæ, & cæterarum operationum Chirurgicarum. *Cauſa* pariter conſideranda: quæ plurimæ *aquæ* coniuncta eſt ſolidis, aut ſiccis medicamentis, v. g. pilulis, pulueribus, &c. faciliùs pellitur, quàm liquidioribus: contra *tartareæ* impuritates commodius humidioribus, decoctis, ſyrupis, &c. ſic quæ *diſſolutione* indigent vt expellantur medicamento limpido, tenuique potius quàm ſolido opus habent, ſal enim in quo vis coagulatiua ineſt, non diſſoluitur ab iis quæ ſale ſaturata ſunt, vt experientia facilè demonſtrat in ſale communi & aquâ; neque enim præter ſuum pondus illa ſuſtinere conſueuit, vt patet ex firmis in fundo vaſis reliquiis. Vnde ſudorifica, & diuretica debent eſſe liquidiſſima. Quæ verò *coagulationem deſiderant* ſolidis iuuantur, & ſiccis, vt ſal reſolutus, qui facit hydropem, ſic quæ roborant adſtringendo partes, quæ cùm agant ſpiritus augendo,

gendo, liquida potius esse conuenit, quanquam, vt & alia multa quæ & liquidis, & solidis perfici possunt vtriusque consistentiæ beneficio solida esse posse nõ negemus. Id tantùm asserimus, quasdam vias aliis esse commodiores intelligentibus. In *partium* verò consideratione *situs* maximè modum actionis Terapeuticæ requirere videtur *ex intestinis* enim per *clysteres* vtilius educuntur excrementa, ex *liene* per *hirudines venis hæmorrhoidalibus* affixas, ex *ventriculo* per *vomitoria* in assuetis, è *cerebro* per *errhina* pituitosa, & per *masticatoria*, vt etiam per ea quæ diutius in ventriculo morantur medicamenta, vt *pilulæ*, ex vniuerso corpore per *poros & per vesicam*, quod maximè consequimur vsu *Vinorum Medicatorum*, quorum descriptiones dedimus in *Oenologia nostra* primùm anno 1636. edita, deinde anno hoc ipso 1639. cum *mirabilibus Curationibus* in certis, & notis hominibus à nobis apud Allobrogas Delphinates factis peculiari libello; in his verò quibus sanguis sulphure plurimo præditus est, *aquis stillatitiis*. *Crassiores* autem *humores* inter musculos delitescentes vlceribus cauteriorum adhibitis *epispasticis, magneticis attrahuntur*; *Tenuiores phœnigmis, dropacibus*, &c. Consideranda pariter natura partium exteriorum remediorum habitâ ratione. Hepar gaudet solidis, & adstringentibus; lien, & cor liquidioribus, acidis, & odoratis; & sic de cæteris. Denique *natura Remedij*; sic aliquando à Chirurgis *absconduntur instrumenta* in operationibus, & ignita, non nisi *circummunita defensiuis appellatis* applicantur: *Sapores* etiam *gustui graues*, formulas à

pharma

pharmacopœis obtinuerũt peculiares, vnde amara, vt aloë, colocyntis frequentiſſimè in *pilulis* præſcribuntur, quæ mole ſuâ moleſta ſunt, nebulis inuoluta in *bolis* deglutiuntur: ſic etiam *delicias* in morborum curatione, & ſanitatis conſeruatione quæſiuit Medicina. Hinc tot inuenta Pharmaceutices priſcis Medicis incognita, quæ ſi hodie viueret, & videret Plinius, qui Cerata, Malagmata, Emplaſtra, Collyria, Antidota officinarum, auaritiæ commenta appellabat, quid diceret ad tot Arabum, & Hermeticorum formulas, quibus hodie cultiores Medici vti ſolent, non omiſſis tamen antiquis (Hactenus enim *Aquas ſtillatitias, elixir, ſpiritus, olea, ſuccos, vina, tincturas, infuſiones, decoctiones, emulſiones, ſyrupos, iulep, hydromel, oxymel, extracta, conſeruas, condita, ſuccos denſatos, looch ſiue eclegmata, electuaria, confectiones, opiatas, bolos, gummi extrac. pulueres, amyla, fæculas, trageas, ſales, crocos, flores, præcipitata, ſublimata, magiſteria, tabellas, rotulas, morſulos, pandalea, biſcocta medicata, marſi-panes, pilulas, trochiſcos, amuleta, periapta, zenechta, errhina, ſternutatoria odoramenta, ſuffitus, caſſoletas, gargariſmos, maſticatoria, iniectiones in aures, collyria, vomitoria, potiones purgantes, clyſteres, iniectiones in veſicam, & vterum, quibus adiunguntur peſſi, vel peſſaria, & naſcalia* habemus; quæ omnia poſſunt interna appellari. Ex externis verò ſeruamus *Olea, balſama, linimenta, cataplaſmata, vnguenta, cerata, emplaſtra, dropaces, ſinapiſmos, phœnigmos, ſmegmaia, epithemata ſolida, & liquida, embrochationes, balnea, ſtuphas, pulueres, ſacculos, cauteria potentialia*, de quibus copioſè ſcripſerũt Phar-

maceutices

maceutices profeſſores, præſertim I. Iacobus *We*cherus, & Andreas Libauius,) ira profectò Plinij verteretur in furorem: Verùm ad ſanitatem cur non infinitus erit viarum numerus? cùm ad morbos infinita pateant oſtia. Neceſſitas, cum ratione facit, vt dicamus cum Poëta: In Antidotar. gener. & ſpecial. In Alchymiâ Pharmaceuticâ, & ferè I. tomo ſyntagm. Arcan chy.

——— variabimus artes,
Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt.

Vltima circunſtantia *Quando ſit* agendum declarat. V. QVANDO. Cùm enim quemadmodum Hebræus Choheleth dicebat, omnibus determinatum ſit tempus, & omni voluntati ſub cœlis tempus datum, datur etiam עת לרפוא, *tempus medendi*, quod nouit vetuſtiſſimus Hippocrates dum ſcripſit, in Exordio Aphoriſmorum quaſi ſtylo adamantino, ad eos qui feſtinarēt ad Hygeiæ myſteria ΚΑΙΡΟΣ ΟΞΥΣ, vt monerentur philiatri εὐκαιρίαν in Medicinâ omnino neceſſariam, vt Medicus elogio Pindari Πυθ. Δ. 17. dignus efficiatur, qui eum tanquam ſingulari epitheto nominauit ἐπικαιρότατον; & verè quod dicebat καιρὸς ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος. Igitur vt expetitam tantoperè cognitionem aſſequamur, contemplari conueniet *Ægri vires*, & *Cauſæ morbificæ motus:* neque enim exiſtimo quemquam in iſtud contradicendi ſtudium poſſe deſcendere, vt negare velit viribus conſtantibus agendum potiùs quàm declinantibus: contra mentem Hippocratis profectò ſentiret, cuius hic eſt Aphoriſmus aureis litteris digniſſimus:
Ἀρχομένων τῶν νούσων, ἤν τι δοκέῃ κινέειν κίνεε, Sect. 2. Aph. 29.
ἀκμαζουσῶν δὲ ἡσυχίην ἔχειν βέλτιόν ἐστιν. Sic igitur

hîc vires conſiderandæ, vt has ex temporibus morbi perpendamus, *initio turgentes ſuccos impuros euacuemus, vigente morbo totum certamen naturæ vincenti committamus, vincentem in declinatione morborum generali iuuemus.* Quæ ſint autem tempora Morborum *principium, incrementum, vigor, & declinatio* dictant ipſa per ſe nomina. *Naturæ motus* igitur accuratè diſcernamus, vt eam *tempeſtiuè iuuemus*, & *intempeſtiuis* auxiliis à victoriâ *non auertamus* benè pugnantem; hâc de causâ diebus criticis prudentiores Medici non præſcripſerunt euacuantia ſolis roborantibus, adhuc cum rationis trutinâ expenſis auxilium ferentes. Iis verò in quibus deſperata ſalus eſt, Galenus ſuperiùs ſuaſit non adhibendam curationem, methodicam ſcilicet, cùm dicente Celſo, tunc ſatius ſit anceps auxilium experiri quàm nullum. Ad *cauſæ verò morbificæ ſpeculationem* attinet *ſpeculatio temporis morborum particularis*: in morbis enim qui per paroxyſmos afficiunt, cùm acceſſus fiunt, tunc cauſas moueri neceſſe eſt; hinc factum eſt, vt quamplurimi vtiliter, conſideratis Ægri viribus, vt ſuprà poſitum eſt, pharmacum propinent, eodem tempore, Hippocrate duce, qui curationem Quartanæ proponit, his verbis: Ἢν δὲ τεταρταῖος λαμβάνῃ ἢν μὲν ἀκάθαρτος ᾖ, καθαίρειν πρῶτον, μὲν τὴν κεφαλὴν, καὶ διαλείπων τρεῖς, ἢ μὲν τέτταρας ἡμέρας φάρμακον διδόναι ἄνω κατ᾽ αὐτὴν λῆψιν· ἢν δὲ πρὸς ταῦτα μὴ παύηται, διαλείπων δὲ κάτω δοῦναι ἕτερον, ἐν αὐτῇ τῇ λήψει, &c. Quod ſi liceat in hâc *febre intermittente*, licebit & in cæteris, cùm eodem

Lib. de Affectionibus.

modo

modo moueantur; *in continuis* verò cùm cauſa in venis ſanguinem ad continuum motum impellat, etiam vulgares practici mittunt ſanguinem & humores, vt loquuntur, in venis contentos educunt. Sed qui cauſam febrium intelliget, & corollaria quæ ex hæmocycliâ, & eius demonſtratione oriuntur, videbit hanc phlebotomiam, non cauſam educendo, ſed per accidens ſubleuando, naturæ proficere; quare ſudorificis, diureticis, catharticis, & ſimilibus, cauſa tollenda eſt cognita, in aliquibus corporis partibus deliteſcens, deinde febrile extinguetur incendium: vt autem facilè tollatur, *hora motus* expectanda eſt, quæ ſuprà ex Horizontis, & Meridiani circulis definita eſt ſecundùm obſeruationem Sorani Epheſij Medici; ad hanc enim *actionem remedij excitare oportet*, non aliâ ratione, quàm eâ, quâ nautæ, qui maris æſtum expectant, vt aduerſo flumine faciliùs ferantur nauigia. Addunt Aſtrologi quod in *Chronicis affectibus* obſeruare non eſt difficile, *lunares*, ſalſos, & aqueos humores faciliùs educi Lunâ in *ſignis igneis* exiſtẽte, *Saturninos* in *aëreis*, in *aquaticis* tandem *ſulphureos*, & *Martiales*. Ptolemeus prohibet *membrum ferro tangere* cùm *Luna* in *ſigno illius membri* eſt. Ideo brachij venæ, aut pedis, ſi Luna in geminis, aut piſcibus fuerit, non tundendæ, vomitoria in ſignis ruminantibus commodè ſumuntur. Marſilius Ficinus expertus eſt *Lunâ cum Venere* coniunctâ, medicinam vix mouere. Et Amatus Luſitanus morbos rebelles (*Lunâ ad oppoſitionem veniente*) in quibus humores erant eradicatu difficiles

Centil. Ap. 20.

V. Mizaldum, & exper. lib. de mirab. ☽æ.

De vita cælitus compar. l. 3.

Centur. 5. cur. 22.

curare solebat. Et profectò quis nescit Medicos in bronchocele curandâ obseruare *Lunam à Solis oppositione recedentem?* hoc docet expertus Quercetanus in vsu trageæ ad hunc affectum comprobatæ. Nonne Zael, teste Bonato, obseruauit, *Lunam Marti coniunctam in curandis oculorum morbis vitandam?* & *plenam lumine*, pariter donec 12. gradus relicto oppositionis aut coniunctionis puncto perfecerit in Zodiaco? Idem Guido Bonatus monet *ascendens partis signum* eligendum *in cuiusvis morbi curatione* Pharmaceuticâ, *Ignea signa* assumenda ad *calefaciendum*, & *attrahendum*; *aquea* ad *digerendum*; numquid in menstruis purgationibus mouendis vera acus magnetica *Luna* est? siquidem,

Pharmacop. dogmat. rest. cap. 20.

Tract. de Electionibus, p. de sexta domo, c. 5.

Luna vetus veteres, iuuenes noua Luna repurgat.

An non rectè dixit Hippocrates? ὑπὸ κύνα, καὶ πρὸ κυνὸς ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι. Profectò Medicus solstitiorum, æquinoctiorum, & cæterarum temporis mutationum Astralium cognitionem habere debet ad captandam occasionem curandorum morborum, quæ accuratè descriptæ sunt ab Astronomis, & explicatæ ab Astrologis, Ptolemæo, Haly; Zaële, Bonato, Tanstetero, Manfredo, & R. Campanella locis allatis. Cl. olim D. Riuerianus Medicus Regius *Mansiones* quasdam *Lunæ* obseruandas ad suscipiendas curationes magnarum ægritudinum docuit. Ad *Vlcera* quartam, ad *Epilepsiam* & *Paralysim* tertiam, ad *Pthisim* decimamtertiam, ad *Hemicraniam*, & *vertiginem* decimamquartam, ad *Maniam*, & *Phrenitidem* decimamquintam, ad *Podagram*,

In Append. ad demosterion.

gram vigeſimamſecundam, ad *Hydropem*, vigeſimam tertiam. *Horas* quidem *planetarias* obſeruabimus ſi conuenienter planetæ collocati fuerint, vt planetarum effectus imitemur; Solis & Martis ad commouendum ignem naturæ per ſulphuris vim; Lunæ, & Saturni, ad temperandum eius calorem, ſic de cæteris. Imò accuratè monet Manfredus, *ne Medicus qui proſperè volet curare, ad ægrum accedat horâ Martis, aut Saturni*, aut *cùm luminaria ſub terrâ* ſunt. Superſtitio tamen hîc omnis vitanda eſt. Vnde probare non poſſum niſi pleniùs mihi conſtet de rei causâ & veritate *Dies* illas, quæ *Iobo ab Angelo reuelatæ* dicuntur, & in fine Almanach anni cuiuſlibet deſcribuntur, ita vt aliæ fauſtæ, aliæ infauſtæ habeantur, vt etiam iſtas, quas *Ægyptiacas* vocat Guido de Cauliaco, quas D. Ioubertus olim inclytæ Monſpelienſis Medicorum Academiæ Cancellarius digniſſimus his verbis complexus eſt.

Centil. Aphor. 82. 84.

Lib. de Phlebotomia.

Armis Gunſe Dei Kalatos Adamare Dabatur
Lixa Memor Conſlans Gelidos Linfantia Quoſdam
Omine Limen Aaron Bagis Concordia Laudat
Chijæ Linkat Ei Coæquata Gearcha Lifardus.

In Comment. ad Guid.

ita vt prima quæque cuiuſque ſyllabæ littera ſignificet ſecundùm ſuum numerum, *diem*, & ſecunda *horam*, dando ſingulis menſibus duas dictiones, vt ab eo luculenter explicatur in Commentariis citatis. Alia plurima ſunt eiuſcemodi quæ à vetulis, aut ſuperſtitioſis circumferuntur. Vnum addam poſtremum, ſcilicet, non temerè quoſdam *menſes*, *dies*, & *horas* conuenire *plantis colligendis*, & ſi velimus, com-

poſitis præparandis, aut miſcendis. Qui mihi non credit, Galenum audiat, qui ad Hydrophobiam ſingulare remedium ex Cancris vſtis ab Æſchrione Empirico habitum præparans, *ortum Canis*, *Solem in Leone*, & *Lunam decimamoctauam* expectabat: & obſeruet Peoniæ radicem ad Epilepticos inſultus inefficacem niſi Lunâ ad Solis in Leone coniunctionem, feſtinante collecta ſit. Quia verò de ſingularum plantarum collectione tabulam conſcripſi, plura dicere deſinam: Et Pentagonum vtrumque claudam laudando DEVM אלהים, IESVM Pentagrammaton, Trinum, & Vnum, qui mihi benedicat, & faueat in hoc ſæculo, & in futuro. AMEN.

Θεῖα τοί δ᾽ ἔργα λόγους Μειζωνιερεὺς δοκιμάζων
Πιστεύει καθαρῶς, ὡς ΘΕΟΣ ἐστι λόγος.

FINIS.

QVI

QVI IN HOC LIBRO SCRIPTA relecturus est, hæc prælegat, vt tandem nostra rectè perlegat.



TVDIVM erga Veritatem, & Mortalium incolumitatem meum ad hæc cogitanda primùm, deinde scribenda me compulit. Candor Ingenij, prolixitatem, & obscuritatem fugientis Authoritatum marginis huius Operis spatiis adscriptarũ, quę huic esset Arti pro Commentariis ornamenta reliquit. Cætera nec vanæ iactantiæ fluctibus elatus, nec nouitatis gloriâ superbus, sed synceritatis meæ mihi conscius, in publicum prodeo, contemnens maleuolorum, inuidorum, & imperitorum contumelias, calumnias, & cauillas, eo animo, quo Doctorum hominum mitiora iudicia expecto, qualia sibi commodari vellent in simili scribendi genere: docere non solùm, sed etiam doceri cupiens ab iis, qui se homines, & ad lapsum, vt ad censuram pronos agnoscent. Hoc prætereà non solùm in hisce Tractatibus, sed etiam aliis quibuscunque operibus meis palàm testor: si quid à me à Pietate alienum dictum, scriptúmve fuerit id indictum, & expunctum omnino me velle, Christianæ-Catholicæ omnia mea subiiciens Ecclesiæ. Id postremum adiicio, vt is qui non Pattæcione calumniosior, aut merus sycophanta fuerit sic legenda censeat ea

quæ

quæ meos oculos, dum Practicis curis distrahor, extra Vrbem frequentissimè, in relegendis, & conferendis Secundis, vt vocant Typographorum Apographis, minus lynceos effugerunt, quemadmodum hîc emendata sunt.

PAgin. 2. lin. 3. lege ὧν ἂν, lin. 4. ἔνεισιν, eadem ὧν, lin. 5. ὥσπερ, item οὐδενὸς, lin. 6. ἀνακεκίνηται, lin. 11. ζητεῖν, pag. 4. lin. 16. τίσιν ὑπνοισιν, pag. 5. lin. 3. οὐρανὸν, lin. 23. imaginem, pag. 6. lin. 12. diphthongus, it. verisimile. l. 14. 15. Oraculorum Sibyllinorum, lin. 22. tolle, pag. 8. l. 3. Hypotheses, item in marg. l. אלהים, lin. 28. ἐλαίῳ, p. 9. l. 21. καθορᾶται, pag. 10. l. 9. כימרה, l. 15. essent, p. 11. l. 19. sortiti, lin. 27. ξυμπαθέα, pag. 12. l. 17. ἐλάχιστον, lin. 19. πάνυ, pag. 13. lin. 18. circumiacenti, lin. 24. excitauere, item. silice, p. 14. l. 26. ἀέρος, l. 30. sit, p. 15. l. 8. circum, l. 13. alligatur, l. 16. sensibilibus, p. 16. l. 9. ἐνορμῶντι, p. 17. εἴδατε, l. 2. 3. ΘΕΟΥ οἶκει item ὑμῖν, l. 15. διακονίαι, in marg. Neuochim, pag. 20. lin. 30. πίγη, pag. 24. l. 26. πῶς, p. 25. l. 6. ἰχομβύων, p. 33. in marg. Bechoroth, p. 46. l. 5. sedes, p. 47. in marg. Artis paru. p. 49. l. 23. στόμα, p. 53. l. 18. qui, p. 64. l. 7. marg. decret. pag. 65. tolle, lin. 1. ostendit. Quæ præter has, mendæ poterunt occurrere tenuiores, aut visæ non sunt, aut contemptum hominis res potiùs quàm verba quærentis merentur. Ita sentio ego,

L. MEYSSONNIER, D.M.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM
QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Numerus paginam indicat.

A

O Aspe

Contactus

Hydropho

M

N

Salis

 115

FINIS.